

Digitized by Google

UBOE 98936
su VIAE 021559
Total
AUEC
scaf
antichi
ISTITUTO DI STUDI FRANCESI
FM
LATINO
ANEC
IV
BIBLIOTECA

Digitized by Google

ANECDOTA

LITTERARIA

EX MSS. CODICIBUS

ERUTA

VOL. IV.

ROMAE

APUD ANTONIUM FULGONIUM

CIↃ IↃCC LXXXIII

PRAESIDUM ADPROBATIONE.

Digitized by Google

LETTERATURE STRANIERE MODERNE
BIBLIOTECA

Digitized by Google

LECTORIBUS ERUDITIS

EDITORES.

TANDEM poſt varias rerum, & temporis viciſſitudines in lucem prodit IV. Anecdotorum volumen, cuius impreſſio primum dilata, dein poſt eius inchoationem diu ſuſpenſa, ac demum, ſuperis bene iuvantibus, ad exitum quomodocumque perducta eſt. Quis enim & eventuum omnium, & fati viribus, quae ſe potiſſimum nobis obiecerunt, obluctari, aut praeeminere ſe poſſe confidat?

Digitized by Google

Rebus ergo ita ſe habentibus, eo nos modo adductos cernimus, ut inſtitutum hoc noſtrum iam abruptum omnino exiſtimare, atque volumen hoc ipſum tamquam operis noſtri poſtremum proponere aegre cogamur. Quare vela colligamus, & litterariae reipublicae, quam novo hoc eruditionis pabulo detinendam ſuſceperamus, tum pro conatibus noſtris libenter exceptis, tum pro negligentiis comiter tolleratis, gratos nos, ut decet, profiteamur. Non ignoramus quidem laborem hunc noſtrum multorum laudem tuliſſe: quod facile nos ad ipſum proſequendum animum adieciſſet. Neque igno-

ignoramus quinetiam nonnulla aliquibus eorum, qui nobis adiutrices manus praebuerunt, excidisse, quae aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura, quibusque ut veniam facilius obtineamus, ipsa nos nunc aperire (quod ingenui potissimum animi esse nemo non fateatur) nequaquam verebimur. Occurrit siquidem in primo ipso volumine *S. Basilii magni epistolae ad Theodoram Canonicam ex Latina anonymi versione fragmentum anecdotum, quod ex cod. ms. membr. saeculi* XIII. *bibliothecae monachorum congreg. Casinensis Florentiae, nunc primum in lucem profert Petrus Aloysius Gallettius*

Digitized by Google

Romanus eiuſdem congr. Abbas, nunc Epiſcopus Cyrenenſis. Aſt caveant eruditi Lectores, ne laudatum fragmentum pro anecdoto habeant; quandoquidem ſi conſulant tomum III. operum S. Baſilii editionis Garnerianae Pariſienſis, incident in epiſtolam XXII. (*a*), quae anepigrapha eſt, quaeque tamen agit *περὶ τελειότητος βίου μοναχῶν*, *de perfectione vitae monachorum*, atque eius pars eſt fragmentum, quod ſuperius deſignavimus. Cum enim argumentum huius epiſtolae affine eſſet alteri, quae ſcripta eſt *πρὸς Θεοδώραν Κανονικὴν ad Theodoram Canonicam*, quaeque in

(*a*) Pag. 98.

Digitized by Google

in laudata editione disiuncta, cenſetur numero CLXXIII. tomo citato (*a*), hinc forte factum eſt, ut Latinus interpres, quem haud temere Ambroſium Camaldulenſem quis exiſtimet, aut etiam pius amanuenſis, unam alteri ſubiunxerit, ut fere in unum ambo coaluerint. Ceterum haud confundendae videbantur, cum prima quidem, ex qua eſt fragmentum illud perperam pro anecdoto propoſitum, ad monachos inſcripta ſit, altera vero ad religioſam matronam, ut legentibus utramque epiſtolam facili negotio intelligere licet. Atque haec eſt prioris lapſus,

(*a*) Pag. 260.

quem editori lectores facile indulgeant, ingenua, & honesta confessio. In tomo eodem habetur sylloge epistolarum Italico idiomate conscriptarum, quarum agmen ducit, quae a civibus Florentinis ad Senenses missa est, quamque editor, scilicet cl. Iohannes Ludovicus Blanconius, cuius cura, & sumptibus haec volumina edebantur, exaratam refert a Carolo Marsupinio Florentinae reipublicae a secretis; quod tamen subnotatio ipsa litterarum a veritate alienum ostendit. Litterae enim datae sunt *die* XX. *iulii* MCCCCLIII., & cum Marsupinius vitam cum morte commutaverit

hoc

hoc ipſo anno die XXIII. aprilis, numquam fieri poterat, ut litteras, poſt duos ab eius obitu menſes datas, ab ipſo exaratas haberemus. Quare potius ab homine, qui eius munus temporarie obiret (ſiquidem Benedictus Michaëlis filius Accoltius Arretinus, qui Marſupinio municipi ſuo ſucceſſit, nonniſi anno MCCCCLVIII. eius locum obtinuit) conſcripta haec epiſtola haberi debet. Verum hoc nominis σφάλμα eſt, non vero anecdoti operis falſa venditatio. Hanc vero epiſtolam ſtatim ſubſequitur altera Nicolai Perottii civis Sentinatis, ſive Saxoferratenſis, & Archiepiſcopi Sypontini, ſcri-

pta ordini , populoque Saxoferratenſi *ex inſula curifugila die* XI. *nov.* MCDLXXIV. , quam ipſe Blanconius ut anecdotam exhibuit , cum tamen edita antea fuiſſet ab Apoſtolo Zenio in Voſſianis diſſertationibus (*a*) . Hactenus vidimus , quae animadverſione digna in tomum primum irrepſerunt. Nunc prodeant , quae in altero locum immerito obtinuerunt. Ibidem ergo occurrit primum *epiſtola S. Meropii Paullini Epiſcopi Nolani ad Alethium ex codice ms. membranaceo ſaeculi* XV. *bibliothecae Mediceo-Laurentianae Florentiae , quam maxima ex parte anecdotam nunc primum*

(*a*) Tom.I. cap.XLVII. pag.258.

mum in lucem profert Philippus Angelicus Becchettius Bononienſis ordinis Praedicatorum. Aſt cum dein per alios innotuerit, illam laudatae epiſtolae partem, quae ut anecdota habebatur, penes poſtremam Veronenſem Paullinianorum operum editionem inchoari circa dimidium numeri x. epiſtolae XIII. ad Pammachium inſcriptae, eiuſque ſegmentum eſſe, editor poenitentia ductus, partim alium incuſans, partim excuſationem ex cauſſis nonnullis petens, lapſum ſuum palam edixit datis ad auctores Ephemeridum Romanarum litteris, qui ipſas dein erudito orbi communicarunt, ut facilius per ipſas verita-

ritatis ratio conſtaret (*a*). Bis etiam ad eumdem offendit lapidem laudatus Blanconius, qui in ſylloge Latinarum epiſtolarum edidit Franciſci Petrarchae epiſtolam ad Marchionem Nicolaum Eſtenſem, tamquam a ſe exſcriptam *ex ditiſſima Lipſienſis urbis bibliotheca, celeberrimo dictante Maſcovio*, neque adhuc cognitam, cum tamen habeatur, ut cuilibet conſulenti patebit, inter ſeniles Petrarchae epiſtolas (*b*), luculentiſſimis typis excuſa. Ceterum bono fato factum eſt, ut nihil culpandum in

(*a*) *Efemeridi letterarie di Roma per l' anno* 1774. num. xxvi. pag. 203.

(*b*) Lib. xiii. epiſt. 1. pag. 915. edit. Baſileae.

in tertio volumine inventum hactenus fuerit; quod utinam & de hoc quarto praedicare usque liceat. Quis ergo erit qui confitentes fontes non absolvat, & sponte emissam accusationem venia dignam non censeat? Hoc dum a vobis, eruditi Lectores, communi nomine vehementer petimus, illud insuper postulamus, ut postremam hanc operis nostri partem, in qua litterariae lautitiae consueta tum elegantia, tum varietate nitescunt, comiter, ut & antea feciſtis, amplectamini. Bene valete,

ELEN-

ELENCHUS
OPUSCULORUM
Quae in hoc Vol.IV. continentur.

I. *EUthymii Zygabeni libri invectivi contra Bogomilos, fragmentum ex Vaticano codice erutum, & e Graeca in Latinam linguam conversum a Nicolao Fogginio praefecto bibliothecae Corsinianae.* Pag. 1.

II. *Fragmentum Copticum ex actis S. Colu-thi Martyris, erutum ex membranis vetustissimis saeculi* V., *ac latine redditum, quod nunc primum in lucem profert ex museo suo Stephanus Borgia a secretis sacrae congregationis de Propaganda Fide.* 47.

III. *Epistola S.Bernardi Abbatis Clarevallensis ad Raymundum dominum Castri Ambruosii, quam ex codice membranaceo saeculi* XIV. *bibliothecae Mediceo-Laurenti-*

rentianae nunc primum profert Iohannes Chriſtophorus Amadutius ; accedit Epiſtola Matronae cuiuſdam ad S. Bernardum ex altero cod. membranaceo ſaeculi XV. *eiuſdem bibliothecae .* 229.

IV. *Laurentii Granae Romani Epiſcopi Signini Oratio in funere Clementis VII., ex ms. cod. membranaceo bibliothecae Marii Compagnonii Marefuſcii S. R. E. Card. ampliſſimi eruta , & a Iohanne Chriſtophoro Amadutio nunc primum in lucem edita .* 255.

V. *Laurentii Granae Romani Epiſcopi Signini Oratio in funere Aegidii Caniſii Card. Viterbienſis , ex ms. cod. membranaceo bibliothecae Marii Compagnonii Marefuſcii S. R. E. Card. ampliſſimi eruta , & a Iohanne Chriſtophoro Amadutio nunc primum in lucem edita.* 285.

VI. *Sylloge Epiſtolarum variorum Scriptorum , nimirum Iacobi Sadoleti Card., Marci Antonii Mureti , Petri Victorii , Camilli Palaeotii, Paulli Sacrati, & Aſcanii Columnae Card., quae ex diverſis mss.*

mss. codd. nunc primum proferuntur a Iohanne Chriſtophoro Amadutio. 323.

VII. *Lettere Italiane di alcuni illuſtri Scrittori del ſecolo* XVI., *e* XVII., *cioè di Teodoro Gazza, di Annibal Caro, d' Uliſſe Aldrovandi, di Giacomo Sirmondo, di Benedetto Caſtelli, e di Bonaventura Cavalieri, cavate dai loro originali.* 365.

VIII. *Faſciculus Latinorum Carminum Venantii Fortunati, Petri Damiani, Franciſci Petrarchae, Aeneae Silvii Piccolominei, Angelae Nogarolae, Pandulphi Malateſtae, Roberti Urſii, Iohannis Franciſci Varini, Hannibalis Tuſcii, Franciſci Commendonii, & Iani Peluſii, quae ex variis mss. codicibus nunc primum in lucem profert Iohannes Chriſtophorus Amadutius.* 417.

IX. *Capitoli tre di Cleofe Gabrielli di Gubbio al Duca Borſo d' Eſte, tratti da un codice ms. membranaceo della biblioteca pubblica di Gubbio da Giovanni Criſtofano Amaduzzi.* 449.

X. *Ia-*

X. *Iacobi Donadei Epiſcopi Aquilani Diaria rerum ſuis temporibus Aquilae, & alibi geſtarum ab anno Domini* CIↃCCCCVII. *ad* CIↃCCCCXIIII., *nunc primum in lucem edita ab Antonio Ludovico Antinorio Aquilano olim Archiepiſcopo Anxanenſi, dein Acheruntino, & Materanenſi.* 481.

XI. *Sylloge Inſcriptionum veterum anecdotarum.* 513.

IMPRI-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. A. Marcucci Patriarcha Conſtantinop. Viceſg.

VOlumen hoc IV. Anecdotorum plurium diligentia, & labore conlectum, praeſertim cl. viri Iohannis Chriſtophori Amadutii Graecae linguae in hac Romanae Sapientiae Univerſitate Profeſſoris, diu ab eruditis expetitum, in lucem tandem datum, libenter iuſſibus Rmi P. Thomae Mariae Mamachii Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtri perlegi, nihilque in eo quod catholicae fidei, aut bonis moribus adverſetur reperi; quare vulgari tuto poſſe cenſeo. Ex bibliotheca Rom. Sapientiae VI. kalendas ſeptembres, anno repar. ſalut. MDCCLXXXII.

Proſper Petronius eid. biblioth. Praefectus.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Praedicatorum, Sac. Palatii Apoſtolici Magiſter.

EUTHY-

EUTHYMII ZYGABENI
LIBRI INVECTIVI
CONTRA BOGOMILOS
FRAGMENTUM

EX VATICANO CODICE ERUTUM

ET E GRAECA IN LATINAM LINGUAM CONVERSUM

A NICOLAO FOGGINIO

PRAEFECTO BIBLIOTHECAE CORSINIANAE.

Digitized by Google

IOHANNI CHRISTOPHORO AMADUTIO NICOLAUS FOGGINIUS S. D.

EN, vir clariſſime, opuſculum Graecum, quod inter ſchedas meas ex cod. ms. deſcriptas, etſi mutilum, viſum eſt tamen tibi aptum ut interſereres Tomo IV. Anecdotorum, quorum editionem reipublicae litterariae bono diligenter curas. Illud ante hos plures annos deſcripſi ex codice Vaticano 840. (a), *qui olim fuit Antonii Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis; & quia dum in Latinum idioma converterem, complura adnotavi, tum quod attinet ad Auctorem opuſculi, tum ad ea, quae in ipſo opuſculo leguntur, has quoque adnotationes ad te mitto, quibus uti poteris, ut tibi magis placuerit.*

II. *Itaque hoc primum adnotaveram, Euthymium Zygabenum opuſculi Auctorem monaſticam vitam egiſſe Conſtantinopoli in monaſterio Peribleptae, & doctrinae laude inclaruiſſe a tempore Alexii I. Comneni, cui acceptiſſimus fuit, & cuius iuſſu opus compoſuit inſcriptum*: Panoplia dogmatica orthodoxae fidei adverſus omnes haereticos ex Patrum ſcriptis contexta. *Marquardus Freherus* (b) *ſub Alexio II. Euthymium Panopliam concinnaſſe aſſeruit; ſed erravit profecto toto caelo, & hoc ex eo*

 faci-

(a) Pag. 185. (b) *In Chronographia.*

facile liquet, quod Anna Comnena celeberrima Alexii I. filia luculentam huius operis mentionem fecerit (a). *Haec Panoplia latine tantum edita eſt Venetiis anno* CIↃIↃLV. *ex verſione Petri Franciſci Zini Veronenſis; quae verſio deinde recuſa eſt Pariſiis, ac tandem inſerta Tom.* XIX. *Bibliothecae PP. Lugdunenſis; & falſo eam in Veneta editione textu Graeco munitam eſſe aſſerit Gerardus Iohannes Voſſius* (b). *Textus Graecus Panopliae Euthymii typis excuſus eſt primum anno* CIↃIↃCCX. *Tergoviſti in Walachia. Porro Zinus in ſua Latina verſione, quae Euthymius contra Latinos collegerat, editor vero textus Graeci integrum titulum, qui contra Saracenos eſt, & quem Graece cum Latina verſione Iohannis Iacobi Beureri iam ediderat e cod. ms. Palatino Fridericus Sylburgius in Saracenicis, nec non etiam quaedam in primis titulis, ubi de Trinitate diſputatur, (hic certe veritus, ne Turcarum offenſionem incurreret, ille vero fortaſſis ne operi auctoritatem, & pretium imminueret) praetermiſerunt. Itaque nullam habemus hactenus perfectam Panopliae Euthymii editionem; quamvis huic adornandae plures non deſint codices in bibliothecis ſuperſtites. Inſignis inter eos eſt codex Caeſareus Vindobonenſis, quem ipſa Euthymii aetate ſcriptum putat Lambecius* (c): *nec minori in pretio fortaſſe eſt habendus regius Pariſienſis, quem laudat Richardus Simonius* (d), *& quem*

(a) *Alexiad.* lib. XV. pag.490. edit. Reg.

(b) *De Hiſtoricis Graecis* lib.II. cap.27.

(c) Tom.V. pag.51.

(d) *Bibliothec. ſelect.* Tom.I. pag.49.

& quem a Zini editione in pluribus differre teſtatur. Praeterea alium codicem praeſtantiſſimum ex oriente ſecum attulit Michael Eneman Svecus, de quo fuſe ediſſerit Iohannes Albertus Fabricius (a). *Etiam bibliotheca Vaticana plures ſuppeditare poſſet codices, utique non ſpernendos; quos inter notatu dignus praecipue eſt, qui num.* 1447. *ſignatur; etenim Pachomii cuiuſdam Monachi ſcholia, & adnotationes in Euthymii Panopliam complectitur. Demum animadvertere iuvat Panopliae titulum* XXIII., *ubi de Bogomilis agitur, ſeorſim deſcriptum, veluti ſingularem libellum reperiſſe in codice Bodleiano Ioh. Chriſtophorum Wolfium, & hinc ita illum edidiſſe Graece, & Latine in Hiſtoria Bogomilorum, eruditiſſimis notis illuſtratum.*

III. *Praeter Panopliam Euthymius multa etiam alia digeſſit opera, praecipue in ſacras litteras. Commentarium in omnes Pſalmos, & in ſacrae Scripturae Cantica Latinum fecit Philippus Saulus Epiſcopus Brugnatenſis, & poſt eius obitum hanc verſionem Paullinus Turchius Ordinis Praedicatorum vulgavit Veronae anno* CIↃIↃXXX. *quae pluries deinde, ſemper tamen ſine Graeco textu, recuſa eſt. Solummodo praefationem, qua Auctor de natura, uſu, ſcopo, multiplici Pſalmorum genere, obſcuritate, variiſque verſionibus Graecis diligenter admodum diſputat, Graece & Latine publici iuris fecit Stephanus Moynius* (b). *Scripſit etiam Commentarium in quatuor Evangelia ex Chryſoſtomo, aliiſque Patribus concinnatum,*

(a) *Biblioth. Graeca* Vol. VII. pag. 461.

(b) *Var. Sacr.* Tom. I. pag. 150.

natum, ex quo loca quaedam Graece edidit Richardus Simonius (a): *& quem integrum habemus tantummodo Latinum ex verſione Iohannis Hentenii, editum Lovanii anno* CIↃIↃXLIV., *ac deinde recuſum iterum iterumque diverſis in locis. Graecus huius Commentarii textus exſtat in codice Vaticano* 665., *mancus tamen, quia duos tantum priores Evangeliſtas complectitur Matthaeum & Marcum. Explanatio quaedam in Canticum Zachariae, quae in codice Vaticano* 669. *ſub Euthymii nomine deſcripta reperitur, an pars ſit Commentarii in Evangelium Lucae, an potius aliud peculiare opuſculum mihi nunc certo non conſtat. Item in Epiſtolas Paulli Commentarium ex Patribus ſtudioſe Euthymius collegit, cuius Graecus codex in eadem Vaticana bibliotheca num.* 636. *notatus adſervatur. Is nec Graece, nec Latine editus eſt, niſi pauca quaedam excipias, quae ex Commentario in Epiſtolam ad Timotheum affert ex eodem forte codice Leo Allatius* (b). *Tandem Epiſtolas etiam Catholicas ſuo Commentario adornaverat, teſte Guillelmo Caveio* (c), *ſed eius nullus mihi Graecus codex innoteſcit.*

IV. *Hiſce libris, qui Euthymii ſacram eruditionem teſtantur, plures accedunt, ex quibus eius elucet ingenium, & eloquentia. Etenim diſputationem quamdam edidit de fide cum Saraceno Philoſopho in urbe Cappadociae Melitene habitam, quam habet Graecus*

(a) *Hiſt. critic. novi Teſtam.* lib.I. p.110. 145. lib.III. pag.84.

(b) *De interſtitiis Ordin. apud Graecos* p.196.

(c) *Hiſtor. litter. Scriptor. eccleſiaſt.* pag.567.

cus Vaticanus codex 952. (a), *& quae, teſte Lambecio* (b), *adſervatur etiam in Graeco codice bibliothecae Vindobonenſis. Praeterea ſub eiuſdem nomine occurrit in Vaticano codice* 820. (c) *oratio, cuius etiam meminit Allatius* (d), *inſcripta*: Ἐγκώμιον εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς σορᾶς τῆς ἐν Χαλκοπρατίοις. Encomium de cultu beatiſſimae Deiparae praeſtando, & de dedicatione ſanctae eius ſori, quae eſt in Chalcopratiis. *Sancta ſorus vel ſancta theca appellabatur tum capſa ipſa, qua veſtis, & lodices ſepulcrales B. Mariae Virginis continebantur, tum aedes, in qua depoſitae illae reliquiae aſſervabantur. Duae autem erant hae thecae altera in aede Blanchernenſi, Theophanonis Auguſtae religione inclyta* (e), *ubi omophorium, ſeu velum Deiparae cuſtodiebatur, altera in aede B. Virginis Chalcopratiorum, ubi ceterae veſtes, & faſciae religioſe cuſtodiebantur. Iam quiſque intelligit, tum Blanchernas, tum Chalcopratios nomina eſſe locorum urbis Conſtantinopoleos, in quibus ſacra haec templa Deiparae dedicata aſſurgebant. Diſputant eruditi an hi Chalcopratii vicus quidam, ſeu plateae fuerint, in quibus aerariae officinae ſitae eſſent, an potius legendum ſit Chartopratii, ibique chartarias officinas exſtitiſſe arbitremur. Verum quaeſtionem hanc, utpote huic loco minus opportu-*

 nam,

(a) Pag. 147.
(b) Tom. V. pag. 206.
(c) Pag. 301.
(d) *De Symeonum ſcriptis* pag. 108.
(e) Vid. *Theoph.* p. 223.

nam , libens praetermittam . Nec diutius immorandum quoque opinor in perquirendo aedis huius conditore , de quo non bene inter ſe conveniunt Byzantini Scriptores . Id unum modo ſatis ſit adnotaſſe , omnes in eo convenire , templum hoc antiquius Theodoſio iuniore non fuiſſe . Hoc autem omnino praeterire non licet , Alexium I. Comnenum , quum, aerario exhauſto, imminentibus imperii neceſſitatibus ſatisfacere non poſſet , argenteas valvas , ac vaſa inſuper nonnulla ex hoc templo abſtuliſſe : quod quum aegre tuliſſent cives , ac in Imperatorem rumores iniquos ſpargerent , ipſe convocatis proceribus ab hoc crimine purgare ſe ſtuduit , iuſſitque , ut in poſterum ex aerario regio annuum vectigal perſolveretur , ut iis alerentur , qui in hac Deiparae aede divinas laudes quotidie celebrabant (a) *. Ad huius itaque templi dedicationem pertinet panegyrica , de qua loquimur , Euthymii oratio , in qua , ut ex eius inſcriptione conſtat , plura etiam de cultu Deiparae praeſtando diſputavit . Nec male fortaſſis , meo quidem iudicio , coniicere quis poſſet , ad hoc idem Chalcopratiorum Deiparae templum eſſe referendum aliud Euthymii* Encomium in zonam B. Mariae Virginis , *quod inter mſs. Bodleianae bibliothecae codices recenſetur . In eo namque templo , ut ſuperius innuimus , veſtes omnes , ac faſciae B. Virginis ſervabantur .*

V. *Utrum vero adſcribenda Euthymio noſtro ſit etiam* Monodia , *ſive oratio funebris* ad tumulum ſanctiſſimi Theſſalonicenſis Archiepiſcopi Domini Euſtathii paucis ab eius obitu diebus recitata ,

(a) Vid. *Annam Comnen. Alexiad.* lib. VI. p. 157.

tata, *quae ſub eius nomine in codice Bodleiano deſcribitur, neque cum aliis adfirmare auſim, nec ſolus inficiari. Si vere ad eum pertinet, ex ea intelligitur exactae admodum aetatis Euthymium obiiſſe. Quum enim Alexii I. iuſſu Panopliam ſcribere ſuſceperit anno* CIↃCXVIII. *, facile eſt ſibi perſuadere ipſum tunc in primo ſaltem iuventae flore fuiſſe. Quia vero Euſtathius anno* CIↃCXCIV. *in templo S. Demetrii Martyris Miroblytae concionem habuit ad populum, concedamus licet, quod hoc ipſo anno mortem obierit, eius funebrem laudationem Euthymius niſi centum fere annos natus conficere haud potuit. Quin etiam centum annos praetergreſſus profecto confeciſſet, ſi habenda eſſet fides Alexandro Politio* (a)*, qui Euſtathium Xiphilino anno* CIↃCXCVIII. *e vivis exempto ſuperſtitem putat, quia ipſe memoratur ab Iohanne Citri Epiſcopo in reſponſione, quam dedit Conſtantino Cabaſilae circa ordinem in eccleſiaſticis officiis ſervandum. Nam quum Protecdicus, ſeu Iudex in criminalibus cauſſis Clericorum, inter minora officia prius connumeratus ad maiorem gradum ab Iohanne Xiphilino fuiſſet evectus, idque aliquorum cenſuram ſuſcitaſſet, in ea reſponſione Iohannes Citri Epiſcopus inquit, id optime a Xiphilino fuiſſe conſtitutum, atque ad eam innovationem Euſtathii auctoritatem acceſſiſſe, qui id ſummopere commendaverat. Verum hoc non evincit, ut Politus cenſuit, Euſtathium Xiphilino fuiſſe ſuperſtitem, & uſque ad Iohannis illius Epiſcopi tempora perveniſſe; ſed*

(a) *In Praefat. ad Comment. Euſtathii in Homer.* pag. XVI. & XVII.

ſed potius Xiphilino, dum ita faciendum decrevit, ſuum praebuiſſe aſſenſum. Quod quidem ex ipſius quoque Iohannis verbis erui poſſe videtur; dum enim Euſtathii meminit, ea praemittit verba τῶν ἐν ἁγίοις, quae eum iam deceſſiſſe indicant, quoniam probos, ſanctoſque viros in pace Chriſti quieſcentes ita compellare conſueverant.

VI. *Hactenus Euthymii laudes proſequuti ſumus, ſed fateri oportet Graecorum ſchiſmati adhaeſiſſe: quod potiſſimum conſtat ex libello, cui titulus:* Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ἤτοι τῶν Ἰταλῶν, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον πνεῦμα. Adverſus Romae veteris cives, ſive Italos, quod non ex Filio procedit Spiritus Sanctus. *Leo Allatius* (a) *pluribus contenderat orthodoxiam Euthymii comprobare, ſed ab Iohanne Auberto monitus, ſe huiuſmodi libellum in bibliotheca Pariſienſi inveniſſe, non eſſe amplius defenſioni locum faſſus eſt. In eam ſententiam Allatius deſcenderat, quod in edita Panopliae Zini verſione nihil invenerat quod catholicae fidei, & Latinae eccleſiae adverſaretur; at in codice Graeco, quem ſupra laudavimus, Michaelis Eneman exſtat titulus XIII., qui ex Photio decerptus eſt, totuſque contra Romanos proceſſionem Spiritus Sancti a Patre & Filio aſſerentes conſcriptus. Idipſum invenitur in alio etiam codice ms. Panopliae, qui exſtat in bibliotheca regia Pariſienſi num. 1231., & hinc conſtat, praedictum libellum nihil eſſe aliud, niſi titulum XIII. Panopliae ſeparatim deſcriptum, tum in duobus codicibus*

(a) *De utriuſq. eccleſ. conſenſ.* lib. II. cap. X. pag. 642.

dicibus regiis (a), *quorum unus ad manus venit Auberti, tum in tribus Vaticanis* (b), *qui omnes Miſcellas quaſdam variorum excerptorum complectuntur. Hoc Bigotium olim animadvertiſſe teſtatur eius epiſtola, quam in Bibliotheca critica* (c) *edidit Saingiorius. Praeterea alium quoque Euthymii libellum habemus in ms. codice Vaticano Palatino 361., in quo ille contendit*, Chriſtum magna quinta feria cum diſcipulis ſuis legale paſcha celebraſſe; *& hinc intelligitur, non modo defenſionem ſuſcepiſſe errorum Photii, ſed etiam errorum, in quos incidit Michael Caerularius. An hic quoque libellus ex Panoplia excerptus ſit, certo affirmare non audeo, quum integrum ad manus non habeam Graecum textum Panopliae. Attamen ita eſſe vehementer ſuſpicor ex eo, quod ſcriptor Graecus a Leone Allatio* (d) *citatus narrat, Alexium Comnenum Zygabeno, Iohannique Furno iuſſiſſe* ἐκ πάντων τῶν θείων βίβλων λόγους ἐρανισάμενοι κατὰ τῶν αἱρέσεων τὴν δογματικὴν πανοπλίαν συνέταξαν· καὶ κατ' αὐτῶν δὲ Ἰταλῶν διὰ τὴν προσθήκην τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ, καὶ τὰ ἄζυμα, ut ex omnibus divinis commentariis ſententias colligentes contra haereſes dogmaticam Panopliam componerent; & contra eoſdem Italos propter additionem in ſacro ſymbolo, & azyma. *Quod ſi de azymis Euthymius in Panoplia*

(a) Cod.1371. n.21., & Cod.2782. num.5.

(b) Cod.579. p.189., Cod.680. pag. 438., & Cod.717. pag.199.

(c) Tom. III. cap. x. pag.97.

(d) *De utriuſq. eccleſ. conſenſ.* lib. II. cap. x. pag.643.

plia ſcripſit, fruſtra ſane Leo Allatius (a) *aſſeruit ex hoc capite erroris argui Euthymium non poſſe, quia adiaphoram quaeſtionem proſequutus eſſet. Quum enim Panopliam ad confutandas haereticas quaeſtiones exaraverit, manifeſto ſtatim argui poteſt, Latinorum ſententiam, & ritum ita oppugnaſſe, ut illam haereſeos inſimulaverit, & hunc non modo illicitum, ſed etiam uti invalidum & nullum reiecerit; in quo praecipue Michael Caerularius, eiuſque ſectatores a recta fide aberrabant, & ob quam potiſſimum cauſſam eos Leo IX. Pontifex refutaverat, atque damnaverat.*

VII. *Iam vero, ut ad opuſculum, quod modo vulgandum eſt, proprius accedam, Euthymius contra Bogomilos illud concinnavit, quorum haereſim alio quoque ſingulari opuſculo inſectatus eſt, quod integrum Graece & Latine, eruditiſque notis auctum, & illuſtratum ex codice Vindobonenſi, in quo velut appendix Panopliae legitur, edidit Iacobus Tollius* (b). *Inſcriptum eſt*: Victoria, ſeu triumphus de impia Maſſalianorum ſecta, *quia in eo non rationum momentis Bogomilorum errores diſcutiuntur, ac refutantur, ſed ſinguli, uti iam refutati, anathematizantur. Codicem illum Vindobonenſem iam deſcripſerat Lambecius* (c), *& ſpeciminis loco primos tres anathematiſmos vulgaverat. Idem Lambecius* (d) *nos docet in bibliotheca Vindobonenſi aliquas etiam reperiiſſe epiſtolas contra Phundagiagitas, ſeu Bogomilos*

(a) *De conſenſ.* p. 462.
(b) *Inſignia itinerar. Italic.* pag. 106. & ſeqq.
(c) Tom. III. pag. 71.
(d) Tom. V. pag. 38. 127. 134.

milos conſcriptas, miſſaſque a monaſterio Peribleptae in patriam ſuam, quarum epigraphem Tollius Graece recitat cum Latina verſione, in qua verba τῆς μονῆς τῆς Περιβλέπτου illuſtris coenobii *Latine reddidit; ſed rectius ſane reddidiſſet coenobii Peribleptae, hanc Graecam vocem intactam reliquens, quia eſt veluti cognomen illius coenobii, quo utebantur tamquam epitheto Virginis Deiparae, cui coenobium hoc erat dedicatum, ut ab aliis, quae erant Conſtantinopoli, coenobiis, ac templis eidem Deipare ſacris diſtingueretur.*

VIII. *Qui fuerint Bogomilorum errores, neceſſarium non eſt hic exponere, quoniam vel ex iis ſolum, quae in hoc libello narrat Euthymius, ſatis innoteſcunt. Appellabantur autem Bogomili ex voce* Bog, *quae Bulgarorum lingua ſignificat* Deum, *& voce* omilui, *quo verbo apud eoſdem exprimitur* miſerere, *quaſi illi eſſent qui Dei miſericordiam implorabant* (a). *Iidem Bogomili dicti ſunt etiam Phundagiatae, vel Phundaitae ex eo, ut coniicit Cotelerius* (b), *quod marſupia ad colligendas eleemoſinas gerebant:* φοῦνδα *enim apud Graecos ſequioris aevi Scriptores pro marſupio indicando reperitur. Praeterea aliis etiam nominibus diſtinguebantur, nam & Maſſaliani, & Euchitae, & Enthuſiaſtae, & Encratitae, & Marcionitae dicebantur, ut ex eodem Euthymio conſtat: quae omnia Bogomilorum nomina prolixe admodum, & erudite in*

(a) Vid. cl. Praeſulem Stephanum Borgiam in *Comment. de Cruce Vatic.* cap. VII. pag. 79. adn. (b).

(b) In notis ad pag. 144. Tom. I. *Monument. Graec.*

in adnotationibus ſuis Tollius (a) *expoſuit. At prae ceteris notatu dignum eſt nomen, quod Euthymius in hoc opuſculo aſſerit Bogomilos ſibi tribuiſſe, nempe* Chriſtopolitas, *ſeu* Chriſti cives; *hoc enim nomine, quo ſpecialem erga eos Chriſti dilectionem oſtentabant, appellari gaudebant, ut facilius ſimpliciores in eorum errores pertraherent* (b). *Atque eamdem etiam ob cauſſam monaſticam vitam profitebantur, tantamque ſanctitatis ſpeciem exterius ſimulabant, ut quaſi omnis perfectionis cultores viderentur. Hanc eorum vitae rationem ad vivum & eleganter deſcribit oculata teſtis Anna Comnena* (c), *cuius tamen verba modo hîc afferre non vacat.*

IX. *Inquirendum eſt potius quomodo impia Bogomilorum dogmata Peribleptae Monachos infecerint. Equidem in ea ſum ſententia, Bogomilos in unum quoddam collegium coaluiſſe, in quo monaſticum vitae inſtitutum profiteri ſimularent. Cauſſam cur ita ſentiendum ſuſpicor praebet mihi primum Chriſtopolitarum nomen, quod eorum ſocietati fecerunt; ac deinde Annae Comnenae* (d) *narratio, ſcribentis Baſilium novae huius ſectae auctorem duodecim ſibi diſcipulos adiunxiſſe, quos & Apoſtolos, ad Manetis exemplum, nominaverat. Ex hac enim narratione ſtatim ſubit opinio, eos non communem cum aliis Monachis vitam egiſſe, ſed inter ſe tantum*

(a) *Inſignia itiner. Ital.* pag. 110. & ſeqq.

(b) Conſule adnotationem, quam ad hoc nomen appoſuit Tollius, pag. 122. num. 12.

(c) *Alexiad.* lib. xv. pag. 486.

(d) *Alexiad.* lib. xv. pag. 847.

tum iniiſſe ſocietatem; eo magis quod quaſdam etiam diſcipulas iis fuiſſe immixtas ab eadem Anna affirmatur. At vero patefacta demum Bogomilorum haereſi ac hypocriſi, & Baſilio, iuſſu Alexii Comneni, in Hippodromo Regiae Vrbis exuſto, impia haec ſocietas diſſoluta eſt ac diſperſa, eiuſque errores damnati. Attamen ſicuti quotidie uſuvenire conſpicimus, ut ſi quando error aliquis menti cuiuſpiam inſederit non facile animus ab eo retrahitur, ita de Bogomilis accidit. Nam ſex & viginti annos poſtquam eorum haereſis damnata fuerat, Nipho quidam Monachus illam rurſus innovare iam coeperat, non paucis in ſuam ſententiam pertractis. Quod cum delatum eſſet ad Manuelem Comnenum Alexii I. ex filio Iohanne nepotem, qui tunc imperabat, ſynodum Conſtantinopoli cogi iuſſit, ut Niphonis cauſſa diſcuteretur. Congregata ea ſynodus fuit anno 1144. pridie idus octobris in Thomaite, ſeu Patriarchali Triclinio, praeſidente Michaele Oxita Patriarcha, ac Manuele Comneno Imperatore, pluribuſque Epiſcopis, & Optimatibus aſſidentibus, qui accerſito Niphone, & de eius ſententiis perquiſito, quum male eum in fide ſentire deprehendiſſent, in monaſterium Peribleptae interim relegandum cenſuere, monentes Abbatem, ceteroſque Monachos, ut neque ipſi cum eo colloquerentur, neque cuivis extra monaſterium degenti ad eum aditus permitterent. Res tamen non ceſſit ex voto. Nipho enim, arrepta occaſione, cum quibuſdam Peribleptae Monachis paullatim coepit inſtituere colloquia, & haereſeos ſuae virus eis propinare; ob quam cauſſam eiuſdem ſynodi Patres, ne

peſtis

peſtis illa Monachorum mentes depaſceret, Niphonem monaſterio extractum, ac igne & aqua interdictum longius exſulare coegerunt. Utrumque ſynodale decretum, quo haec acta conſtitutaque fuerunt, Graece, & Latine edidit Leo Allatius (a). *Quamobrem non male, ut arbitror, coniicere quis poterit, tum primum ex Niphonis conſuetudine quoſdam Peribleptae Monachos Bogomilorum errores fuiſſe amplexos.*

X. *Quanam vero ratione Euthymius horum Monachorum pravitatem detexerit, eorumque deliramenta didicerit, ipſe in hoc libello longius enarrandum aggreditur. Atque hic adnotes velim, Euthymium, ut melius rem totam cognoſceret, imitatum fuiſſe Alexium Comnenum, qui Baſilium comiter in palatio excepit ſimulans cordi ſibi eſſe eius dogmata ediſcere, ut ille impietatis ſuae venenum confidentius evomeret* (b). *Porro praecipuum Bogomilorum dogma totum ex Manetis doctrina deſumptum erat; duo enim principia, quorum unum eſſet bonum, alterum malum, adſtruebant. Principium malum Dei nomine decorabant, ac divinis percolebant honoribus, ut in hoc libello innuit Euthymius, ac luculentius affirmat in Panoplia* (c), *ubi inquit Bogomilos* Daemonem Filio Verbo natu maiorem, praeſtantioremque, utpote Primogenitum, *credidiſſe. Inſurgit hîc adverſus Euthymium Beauſobrius in ſua, quam digeſſit*

(a) *De utriuſq. eccleſ. conſenſ.* lib. II. cap. XII. pag. 680. & ſeqq.

(b) Vid. *Annam Comn. Alexiad.* lib. XV. pag. 487.

(c) Titul. XXIII. §. 6.

digeſſit Manichaeorum hiſtoria (a), *nimiſque impudenter aſſerit, eum dolo malo tantam Bogomilis impietatem tribuiſſe. Nemini enim, ut ipſe inquit, erit perſuaſum, Chriſtianam ſectam, quae cruci, & imaginibus omnem cultum praeſtare renuebat, Satanam Verbo praeſtantiorem credidiſſe. At vero totum Beauſobrii ſophiſma corruit, ſi advertamus Manichaeos, quorum germen erant Bogomili, cruci, Deiparae, & imaginibus cultum ideo denegaſſe, quia illum tamquam idololatriam impie reſpuebant. Etenim ſacrilega haec ſecta Chriſtum ex Maria Virgine nec gigni, nec naſci potuiſſe affirmabat, quia ſi vere genitus, natuſque fuiſſet, non niſi per Satanae vincula carni illigari potuiſſet. Ex quo eodem principio ſtatuebant quoque, Chriſti mortem non veram, ſed fallacem, & ſimulatam fuiſſe. Plura hanc in rem congeſſit contra Beauſobrium ipſum in Alphabeto Tibetano vir longe doctiſſimus Auguſtinus Antonius Georgius* (b). *Ex his autem facile quiſque intelligit, Pſeudochriſtianam illam ſectam nec Deiparam, nec crucem venerari ullo modo debuiſſe, quia Chriſtus nec in Virgine carnem ſuſceperat, nec in crucis ligno vere obierat. Idipſum ſentiebant etiam de Sanctis cum Chriſto in caelis regnantibus, quos item tamquam idololatrarum inventa averſabantur. Contra vero quis non videt, ideo tantam erga Satanam habuiſſe reverentiam, quod is tamquam Deus habitus apud illos fuerit, tantaque praeditus potentia, ut eidem mundi*

(a) *Hiſtoire critique de Manichée &c.* lib. III. c. v. §. VII. pag. 524.

(b) Pag. 207. 208.

huius opificium, hominisque creationem tribuerint? Negavit certe callidus Calvinianus, Manichaeos numquam principem tenebrarum Dei nomine honorasse, at quam immerito id fecerit, laudatus Georgius (a) satis edocuit.

XI. *Praestat modo praecipuum Beausobrii argumentum exponere, quo nititur demonstrare, Bogomilos dum Satanam Verbo natu maiorem dixerunt, recte in fide sensisse, Euthymiumque huius sententiae sensum ex industria pervertisse, ut inde tantam adversus eos calumniam confingeret. Duae sunt, inquit, sententiae, quas aliqui veteres Scriptores catholici sequuti sunt; prima scilicet quod Divinum Verbum hypostasim propriam habuerit primum a mundi creatione, altera, quod Satanas & Angeli pluribus ante mundum hunc visibilem saeculis exstiterint. Itaque quum Bogomilis placuerit Angelorum creationem ante mundum statuere, quumque Verbum Divinum in mundi creatione hypostasim propriam habere coeperit, inde concludit, quod sine haeresi ii affirmare potuerunt, Satanam Verbo natu maiorem esse. Hoc tamen Calviniani hominis deliramentum, quod prima fronte simplicioribus fortasse posset fucum facere, si paullo perpendamus, nullius prorsus est roboris. Atque, ut ab eo exordiar, quod absque ulla religionis iniuria affirmari posset, Angelos nempe pluribus ante mundum hunc visibilem saeculis fuisse creatos, ei ultro concedam. Quod vero ad alteram sententiam attinet, quam pro catholica confidenter obtrudit, notandum est per*

(a) Ib. pag. 25.

per veteres illos Scriptores catholicos Tatianum potiſſimum , & Athenagoram deſignare voluiſſe , quaſi eorum fuerit opinio , ut credidit etiam Petavius (a), *Verbum Divinum non ante mundi creationem propriam hypoſtaſim habuiſſe . At , licet obſcurius veteres hi Patres de Verbi generatione locuti ſint , numquam tamen quidquam dixerunt , quod eius divinitati , aeternitati , & perſonalitati poſſit officere . Ac revera quod ad Tatianum pertinet , ait ſane , in principio Verbum fuiſſe in Patre , utique ut in perſona conſubſtantiali , cum quo omnia ſuſtentabat ; quibus in verbis manifeſto eius divinitatem , atque aeternitatem oſtendit . Dum vero addit , quod Verbum ex Patre prodierit quando ad mundi creationem progreſſum eſt , intelligit , quod Deus per Filium omnibus paternis ideis , & adtributis inſtructum omnia creaverit . Ac quamvis inter Verbi progreſſionem , rerumque creationem neceſſariam ponat connexionem , tamen iuxta eumdem Tatianum ita Verbum a Patre in rerum creatione progreſſum eſt , ut ab eo abſciſſum & ſeparatum non fuerit , quia ſi abſciſſum fuiſſet , Pater ἄλογος foret . Itaque falſo omnino aſſeritur , Tatianum ſenſiſſe , Divinum Verbum hypoſtaſim propriam habuiſſe in mundi creatione : nam id tantum adſtruit , Verbum illud , quod ab aeterno in Patre omnia ſuſtentabat , tum in rerum creatione ex Patre prodiiſſe , quia omnia per ipſum facta ſunt . Eadem fere ratione Athenagoras quoque de Verbi divinitate diſſeruit . Dicit*

 enim

(a) *De Trinit.* lib. 1. cap. 3.

enim quod Deus, quum ſit mens aeterna, habuit ab aeterno in ſeipſo Verbum, utpote ab aeterno rationalis: & quod hoc Verbum prodierit, ut omnium creatarum rerum idea, & operatio exſiſteret. Conſtat autem voluiſſe Athenagoram hiſce in verbis hoc ſolum docere, per Verbum res omnes creatas eſſe, quoniam Filius aliquo modo dici poteſt Dei ratio, mens, ſapientia, & operativa potentia, quae primum in rerum creatione exterius prodiit. Hanc ſententiam probavit quoque S. Auguſtinus, ubi illud Iohannis In principio erat Verbum *exponens*: Hoc loco, *inquit* (a), melius Verbum interpretamur, ut ſignificetur non ſolum ad Patrem reſpectus, ſed ad illa etiam, quae per Verbum facta ſunt, operativa potentia. *Habuit ergo Verbum propriam, ac diſtinctam hypoſtaſim ab aeterno dum omnia cum Patre ſuſtentabat, ſed in rerum creatione patuit quodammodo, quia omnia per Verbum facta ſunt. Ad haec, ut magis eluceat infelix Beauſobrii vafrities, animadvertere iuvat, quod etiam admiſſo hoc errore, Verbum propriam habuiſſe hypoſtaſim ex rerum creatione, nec non illa ſententia Angelos ante mundum creatos eſſe, nullatenus ſequeretur anteriorem fuiſſe huic hypoſtaſi Satanam; tunc enim Verbum non in mundi, ſed in Angelorum creatione hypoſtaſim habuiſſet, quia tunc extra Patrem prodiiſſet: ac proinde ſemper Verbi hypoſtaſis Angelorum creationem praeceſſiſſet.*

XII. *Cetera Bogomilicae ſectae placita memorat in hoc libello Euthymius, neque eſt opus de ſingulis*

(a) Quaeſt. 63.



Goog


ΧC
ЯRR
ΕΚΤ
ΕΛ
Ω
Ν
ΤΑ,
VMA
,CIAΠ
ΑΣΗΤΗ
ΟΙΚΟΥΜΕ
ΝΗΚΑΙ
ΤΟΙC
ΠΙϚ
ΟΙ
Σ
tica
m
Α
ΓΙΟ
Σ
Heic
duae Aquilae
consociatae.

gulis disserere. Fortassis distinctim illa Euthymius refutaverat, sed in codice Vaticano solum supersunt argumenta, quibus urget Bogomilos in eo, quod pertinet ad mortuorum resurrectionem. Ut autem eam certe futuram probet, opponit primum haeretico fidei Nicaenae symbolum trecentorum decem & octo Patrum auctoritate firmatum; deinde vero concilium Chalcedonense, cuius auctoritati ut magis fidem conciliet, miraculum quoddam describit a Deo patratum per S. Euphemiam Martyrem, in cuius basilica huius concilii Patres ab Imperatore Marciano congregati fuerunt. Complures Scriptores eiusdem miraculi meminere, sed alii ipsius concilii tempore, alii absoluto demum concilio illud evenisse narrant. Posteriorem sententiam sequuti sunt Michael Glycas (a) ac Zonaras (b): scribunt enim quod cum Eutychis, Dioscorique fautores decreta concilii subsannarent, eiusque auctoritatem non veritate, sed potentia Imperatoris niti dicerent, atque ita pravitatem sententiae suae stabilire conarentur, Anatolius Patriarcha, adversariis convocatis, proposuit ut unaquaeque pars propriae fidei symbolum libello inscriberet, & in loculo S. Euphemiae uterque libellus deponeretur, ut glorioſa haec Martyr de veritate rectae fidei iudicium ferret, ac testimonium. Hoc autem consilium quum & haereticis placuisset, remoto lapide, qui loculum claudebat, duo libelli supra Sanctae Martyris pectus positi sunt, & deinde loculus non

 modo

(a) *Annal.* Par. IV. pag. 263. (b) *Annal.* lib. XIII. cap. 25.

modo iterum clauſus, ſed etiam utriuſque partis ſigillis munitus, & obſignatus. Poſt triduum quum conveniſſent, Imperatore etiam praeſente, aperto loculo, haereticorum libellus ad pedes Martyris proiectus, alter vero in manu eius dextra inventus eſt. Verum ne huic Zonarae, Glycaeque narrationi protinus fidem noſtram praeſtemus prohibet Evagrii, aliorumque, qui de concilio Chalcedonenſi ſcripſere, ſilentium; quum minus certe probabile videatur rem adeo mirabilem, ac recordatione digniſſimam tum demum tot a concilio elapſis ſaeculis primum innotuiſſe. At vero magis procul dubio a veritate abhorret Theodori Beſti, & Conſtantini Tii Epiſcopi (a) *opinio, quam Euthymius quoque amplexus eſt, qui hoc miraculum ipſius concilii tempore operatum fuiſſe affirmant. Ut enim egregie animadvertit Baronius* (b), *ſi hoc fidei experimentum a concilii Patribus tentatum fuiſſet, ſine acta tunc diligenter conſcripta tantum hoc miraculum nullo modo ſiluiſſent. Accedit inſuper, quod numquam Patres in oecumenicis conciliis ex miraculis quaeſierunt dogmatum veritatem, quam ex divinis inprimis Scripturis, & antiquis eccleſiae traditionibus, ac demum ex Sanctorum Patrum aſſertionibus quaerere, proponere, affirmare, atque ſtabilire conſueverunt. Quapropter eruditis viris libenter aſſentior, qui opinati ſunt hoc miraculum poſterioribus ſaeculis fuiſſe omnino confictum, piamque hanc fabellam ex ipſis conci-*

(a) *In hiſtoria inventionis &c.* num. IX.

(b) Ad annum 451. num. 122.

ΟV̅ ΔV'ΝΑΝΜΪΝ' ἐΙΛΗΦΕ'ΝΑΙ.

Ε'VΚΛΕΟ͡ΥC ΤΡΙC 'ΟΛΒΙ'ΟV:

ΦVΤΟC

ΠΟ'ΡΟΝΜΕ

ΚΑΙ'CΑΡΙ

ΚΕΚΤΗ

ΩCCΑ'Ι

CCΚΕ'

ΠΟΙΣ

ΠΤΕ'ΡV

ΞΪΚΕ

Ι ΑΡΧΕ ΧΡV̆C Ω͡Ω

Α'ΤΩΝ ✳ ΜΕ'ΝΑΙΣ;

concilii actis non bene intellectis profluxisse. Patres namque Chalcedonenses, absoluto concilio, ut ostenderent omnia, quae in concilio feliciter gesta fuerant, patrocinio, & auspiciis S. Euphemiae esse referenda, ita in litteris ad S. Leonem Pontificem datis loquuntur (a): Deus enim erat qui operabatur; & quae suo thalamo concilium coronavit ornata decore victoriae Euphemia: quae tamquam propriam confessionem fidei definitionem suscipiens a nobis, suo Sponso per pissimum Imperatorem, & amicam Christi Augustam obtulit, omnem quidem perturbationem contrariorum sedans, veritatis autem confessionem roborans, ut amicam, & manu, ac lingua universorum decretis pro demonstratione subscribens. *Praeterea observandum est quoque, pictores veteres, ut hoc ipsum Euphemiae Martyris erga concilium patrocinium exprimerent, eam volumen manu tenentem quandoque in tabulis effinxisse, tanquam fidei professionem Patrum Chalcedonensium Deo offerentem; etenim probabile valde videtur quod huiusmodi etiam picturae Graecis sequioris aevi miraculum illud comminiscendi praebuerint argumentum.*

XIII. *Nec falsum est minus aliud, quod Euthymius statim subdit, S. Basilii miraculum, etsi omnibus manifestum adserat. Eius summa haec est. Cum Ariani Valentis Imperatoris freti potentia, ex Ni-*

(a) Inter *Epist. S. Leonis Magni* ep. 98. Tom. I. Opp. pag. 1094. edit. Ballerin.

caena ecclesia catholicos militari manu eiecissent, orthodoxus populus ad S. Basilium accurrit multo clamore Imperatoris iniuriam expostulans, ob quam caussam Imperatorem Valentem ille adiit, ac tanta eum eloquentia tamquam violati iuris reum libere increpavit, ut Imperator rei iudicium ipsi S. Basilio commiserit. Reversus itaque S. Basilius Nicaeam pactum cum Arianis firmavit, ut clausis ecclesiae ianuis, sigilloque obsignatis, utri populo post triduum eae sponte patuissent, is ecclesia potiretur. Cum autem Ariani tres dies noctesque precando insumpsissent, sed inde supplices ad ecclesiam incassum progressi essent, tunc Basilius templum S. Diomedis Martyris extra civitatem oraturus ingressus est, & expleta nocte pervigili populum ad urbem reduxit; & cum ad ecclesiam accessisset, clausae obsignataeque eius fores statim apertae sunt tamquam vehementi aura pulsae, & ad muros illisae. Haec est historia, quam pro certa, & inconcussa in medium afferre non dubitat Euthymius, sed quae profecto nimis imbecillo nititur fundamento. Scriptor Graecus, qui primus miraculi huius meminit, est auctor vitae S. Basilii, quae saeculo VIII. vel potius IX. prodiit. Fuere quidem nonnulli, qui hanc vitam S. Amphilochio Iconiensi Episcopo, ipsique Basilio familiarissimo facile tribuerunt, quia in mss. codicibus sub Amphilochii nomine reperitur descripta, & quia certo scimus S. Amphilochium Episcopum Iconiensem quoddam encomium S. Basilii posteris reliquisse. Verum encomium hoc ad nos usque pervenit, & ab hac vita stilo differt, & rebus. Quare commu-

communis criticorum eſt ſententia, Amphilochium vitae S. Baſilii ſcriptorem poſt tempora longa ab aetate Sancti Doctoris vixiſſe, & res non a ſe viſas, ſed in vulgus ſparſas ſine delectu deſcripſiſſe, & fortaſſe Amphilochii nomen ſibi aſſumpſiſſe, ut operi ſuo auctoritatem conciliaret, & fidem. Communi huic iudicio adverſatus eſt Franciſcus Combefiſius, cui hanc quoque vitam S. Baſilii S. Amphilochio Epiſcopo placuit vindicare; compulſus eſt tamen & ipſe fateri fuiſſe illam a Monachis, per quorum manus decurſu temporum tranſiit, interpolatam, & vulgaribus traditionibus, ni mavis etiam confictis ad ornatum mirificis narrationibus commixtam, & auctam. Graecum huius vitae textum latine reddidit Urſus S. R. E. Subdiaconus Anaſtaſio Bibliothecario coaevus; & quia plura occurunt in hac verſione vel immutata, vel adiecta, vel omiſſa, neceſſe eſt dicere quod Urſus aut codicem ad manus habuerit puriorem, aut quod aequum bonumque duxerit non modo interpretis ſibi partes ſumere, ſed etiam iudicis. Porro quia inter omiſſa hoc ipſum eſt ab Euthymio memoratum miraculum, manifeſto patet, etiam ante Euthymii aetatem illud vel pro penitus falſo, vel ſaltem pro valde dubio fuiſſe habitum.

XIV. *Haec ſunt, vir cl., quae in meis ſchedis adnotaveram de Euthymio Zygabeno, & de eius libro invectivo contra Bogomilos, cuius fragmentum ineditum, a me ex Vaticano codice olim deſcriptum, nunc iuris tui libens facio. Plura adiicere potuiſſem; ſed eſſet profecto praeter propoſitum*

tuum

tuum edendi veterum Scriptorum anecdota, ſi tibi mitterem prolixum de Bogomilorum hiſtoria tractatum. Vale.

ΕΥΘΥ-

ΕΥΘΥΜΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΤΟΥ ΑΠΟ ΤΗΣ ΣΕΒΑΣΜΙΑΣ ΜΟΝΗΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙΒΛΕΠΤΟΥ

Συγγραφὴ ϛηλιτευτικὴ τῆς τῶν ἀθέων, καὶ ἀσεβῶν αἱρετικῶν, τῶν λεγομένων Φρυδαγιατῶν, αἱρέσεως καθὼς ἐξ αὐτῶν τῶν διδασκάλων ὑποκριθεὶς μαθητὴς προσωπεῖον ἐδιδάχθη, καὶ παρ' αὐτῷ τῷ μαθητῇ Συμεὼν πλανηθέντος ὑπ' αὐτῶν, καὶ πάλιν μεταμεληθέντος.

Ε'

Στιν ἡ αἵρεσις τῶν ἀθέων Φρυδαγιατῶν τῶν ἑαυτοὺς ἀποκαλούντων Χριϛοπολίτας, ἐν δὲ τῇ δύσει καλυμένων Βογομίλων αὕτη. Οἱ τοιοῦτοι Θεὸν ποιητὴν οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς οὐ σέβονται, οὔτε Θεότοκον, οὔτε τίμιον ϛαυρὸν, οὔτε

EUTHYMII MONACHI

VENERABILIS COENOBII PERIBLEPTAE

Liber invectivus contra haeresim exsecrabilium, & impiorum haereticorum, qui Phundagiatae dicuntur, secundum ea, quae personam discipuli simulans ab ipsis eorum magistris accepit, nec non a Symeone discipulo suo, qui eum ab illis deceptus fuisset postea resipuit.

Exsecrabilium Phundagiatarum, qui seipsos Christopolitas appellant, in occidente autem Bogomili dicuntur, talis est haeresis: Hi Deum caeli, terraeque factorem non venerantur, neque Deiparam, neque

ὅτε ἅγιον, ὅτε εἰκόνας, ὅτε θεῖας ναὸς, ὅτε ἅγιον βάπτισμα, ὅτε ἐξ ὧν οἱ χριστιανοὶ σέβονται, καὶ τιμῶσιν, ἀλλὰ πάντα βδελύσσονται, καὶ ἀτιμάζουσι· πιστεύουσι δὲ καὶ σέβονται τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου, ὅς ἐστιν ὁ Σατανᾶς, ὑποκρίνονται δὲ δολίως οἱ δόλιοι τὸν χριστιανισμὸν, καὶ τὸ τοῦ μοναχῶν σχῆμα, καὶ τὴν ἱερωσύνην, καὶ τὰς θείας γραφὰς ὡς δέλεαρ διὰ στόματος φέρουσιν, ὑ ποθοῦντες ταύτας, ἀλλ' ὅπως πλανῶσι τοὺς ἁπλουστέρους, τὴν ἐνδομυχοῦσαν ἀσέβειαν ὀκ πείρας μεμαθηκὼς.

Ἔτυχε γάρ με ποτὲ συνοδεύσαι μετά τινος τοῦ ἀθέων, σχῆμα ἔχοντος μοναχοῦ, καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης, ὡς εἶπεν, ἀξίωμα· ἠγνόουν δὲ ἐγὼ ὅτι ἀσεβής ἐστιν· εἰς λόγους οὖν μοι ἐλθὼν ἀναδ ὡς,

neque pretioſam crucem, neque ſacra myſteria, neque imagines, neque divina templa, neque ſanctum baptiſma, neque ex iis aliquid, quae chriſtiani, venerantur, & colunt; ſed omnia exſecrantur, atque contemnunt. Credunt autem & venerantur mundi principem, qui eſt Satanas, & ad dolos comparati chriſtianiſmum, habitumque monachorum & ſacerdotium doloſe ſimulant; divinaſque Scripturas, velut eſcam praeferunt in ore, non quod illas ament, ſed ut ſimpliciores ſeducant: etenim latentem in eis impietatem experientia me edocuit.

Contigit enim, ut olim ego iter inſtituerim una ſimul cum quodam ex hiſce virts exſecrabilibus, qui habitum monachi, & ſacerdotii, ut aiebat, dignitatem habebat; & ignorabam quod a recta fide eſſet alienus; Cum igitur mecum loquetetur

δῶς, καὶ ἀνυποστόλως εἶπέ μοι τὸ ἀσεβὲς τοῦτο ῥῆμα, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστι· προβαλλόμενος ὁ δόλιος γραφικὴν μαρτυρίαν ἀπὸ τῆς τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολῶν, ἐξ ὧν μᾶλλον ἠλέγχετο κακῶς λέγων· ὑπολαβὼν δ' ἐγὼ ὅτι ἐξ ἀμαθίας, καὶ ἀφελείας τοῦτο τὸ βλάσφημον ἐξεῖπε ῥῆμα, ἔσκωψα αὐτὸν, ἀναθεματίσας καὶ τὸν αὐτὸ τοῦτο συνδιδάξαντα, καὶ εἰπὼν αὐτῷ· σὺ ἀδελφὲ, οὔτε γνωστικότερος εἶ, οὔτε ἁγιώτερος τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατρῶν, οἵτινες ἐξέθεντο καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον, καὶ ἐβεβαίωσαν τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ὧν τὸ δόγμα ὑπέγραψαν καὶ δύο προτετελευτηκότες ἅγιοι ἐπίσκοποι Χρύσαντος, καὶ Μυσόνιος, ὡνδαδόξως τοῦ τοιούτου θαύματος γεγενημένου ἐκ Θεοῦ εἰς αἰσχύνην τῶν βλασφημῶν αἱρετικῶν, βεβαίωσιν δὲ καὶ πληροφορίαν

retur, impudenter, & libere impiam hanc ſententiam mihi dixit non eſſe reſurrectionem mortuorum, aſſerens doloſus Scripturae teſtimonium ex epiſtolis S. Paulli, unde potius eius ſententiae falſitas evincebatur. Reſpondens autem, quod ex imperitia, & ſimplicitate blaſphemiam illam proſuliſſet, ipſum irridens, & qui talia ei tradidiſſet anathematizans, dixi; profecto, frater, neque ſapientior, neque ſanctior es tu trecentis decem, & octo ſanctis Patribus, qui ſanctum ſymbolum compoſuerunt, orthodoxamque fidem confirmaverunt, quorum dogma ſubſcripſerunt etiam duo iam defuncti ſancti Epiſcopi Chryſantus, & Muſonius, quo tempore magnum, ac plane ſtupendum miraculum ad blaſphemos haereticos confundendos, & fidelem, & orthodoxum populum

confit-

φορίαν τῶ πιςοτάτω καὶ ὀρθοδόξω λαῶ· ἐδοξε γὰρ ἐν Χαλκηδόνι ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων πατρῶν, οἵτινες τὸ αὐτὸ δόγμα ἐβεβαίωσαν, καὶ ἐπέθεντο ἐν τῷ ςήθει τῶ λειψάνω τῆς ἁγίας τῶ Χριςῶ μάρτυρος Εὐφημίας ἅμα τῷ τῶν αἱρετικῶν συγγράμματι· καὶ τὸν μὲν τῶν αἱρετικῶν τόμον μόλις ἐυρεῖν ἠδυνήθησαν ἐῤῥιμμένον εἰς τὰς τῆς ἁγίας πόδας, τὸν δὲ τῶν ὀρθοδόξων τῇ δεξιᾷ χειρὶ δραξαμένην, καὶ φυλάττουσαν ἔυρον· οἶδα δὲ, ὅτι κὴ τὸ τῶ μεγάλω Βασιλείω θαῦμα οὐκ ἀγνοεῖς· καὶ γὰρ τοῖς πᾶσι τοῦτο καταδηλόν ὅτι, πῶς ἐν τῇ Νικαέων ἐκκλησίᾳ ἐν μίᾳ νυκτὶ δεηθέντως αὐτῦ μετὰ τῶ ὀρθοδόξω λαῶ, κὴ σὺν εὐχῇ σφραγίσαντος τὰς τῶ ναῶ πύλας, σωετρίβησαν αἱ κλεῖδες τῶν ῥωμαικίων, καὶ αὐτομάτως ἠνοίγει αὐτοῖς ἡ ἐκκλησία· οἱ δὲ αἱρετικοὶ τρεῖς ὅλας

confirmandum, roborandumque, factum eſt a Deo; neque pariter plus ſapis ſexcentis triginta ſanctis Patribus, qui Chalcedone hoc ipſum dogma confirmaverunt, illudque ſuper pectus cadaveris Sanctae Chriſti martyris Euphemiae una cum haereticorum volumine collocarunt: & hoc quidem volumen ad Sanctae martyris pedes proiectum vix invenire potuerunt, contra vero orthodoxorum librum ipſam Sanctam manu dextra arreptum tenere, eumque cuſtodire deprehenderunt. Puto autem, neque te ignorare magni Baſilii miraculum, omnibus enim manifeſtum eſt; quomodo in Nicaena eccleſia, cum ille una nocte, populo orthodoxo comitante, oraſſet, & inter preces portas templi ſignaſſet, repagula, & vectes conciderunt, & ſponte ſeſe illis aperuit eccleſia; haereticî

ὅλας ἡμέρας καὶ νύκτας ἀγρυπνήσαντες οὐδὲν ἤνυσαν, ἀλλ' ἐσράφησαν μετ' αἰσχύνης μεγάλης· ὁμοίως κὴ ἐν ἑτέροις ἐγένοντο καὶ ἄλλαι μεγάλαι σύνοδοι, καὶ πάντες οὗτοι οἱ ἅγιοι, καὶ οἰκουμενικοὶ διδάσκαλοι καὶ φωστῆρες ἐβεβαίωσαν, καὶ ἐπεκύρωσαν τὸ ἅγιον σύμβολον, ἐν ᾧ γράφει· ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.

Ἀνταπεκρίθη δέ μοι ὁ ἀσεβὴς εἰπών· ἀλλὰ τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν δυνατόν ἐστι· λέγει γάρ· ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείας Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ· εἶπον δὲ πρὸς αὐτόν· ὡς οἶμαι, ἄνθρωπε, ἢ αἱρετικῷ συνέτυχες, ἢ τάχα καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· ἐπεὶ ἐκ ἂν εἶχε παρθῆναι λόγον ὑπὲρ

retici autem cum tribus integris diebus & noctibus evigilaſſent, nihil aſſequi potuerunt, & multo rubore ſuffuſi diſceſſerunt. Similiter, & alibi aliae magnae ſynodi coactae ſunt, omneſque hi ſancti, & oecumenici magiſtri, & lumina ſanctum ſymbolum ratum habuerunt, & confirmarunt, in quo ſcriptum eſt: *confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum, exſpecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſaeculi.*

Contra vero mihi ille impius reſpondit, dicens: ſed Apoſtoli effatum magni eſt roboris, ait enim (1), quod *caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, neque corruptio incorruptelam poſſidebit.* Ego vero ſic ad eum dixi: aut in haereticum, o homo, ut opinor, incidiſti, aut forte & tu ex illis

ὑπὲρ τῦ τοιύτυ βλασφήμυ ῥήματος, καὶ ἤρξατο καταθεματίζειν, καὶ ὀμνύειν, ὅτι ὐκ εἰμὶ ὡς ὑπέλαβες, ἀλλ' ὠφελείας χάριν ἐρωτῶ· καὶ λέγω αὐτῷ· ἐὰν ὀξ ἀπειρίας εἶρηκεν τὸ βλάσφημον τῦτο ῥῆμα, καὶ ζητῆς, ὡς λέγεις, μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, ὐκ ὀκνήσομεν, ὐδὲ φθονήσομεν τῇ σωτηρίᾳ σε, ἀλλ' ὅπερ ὁ Θεὸς δίδωσιν, ἵνα εἴπωμεν· γράφει γὰρ εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίυς ἐπιςολὴν ὕτως· ὅτι [a] πολλῶν ἐθνων πατέρα τέθεικά σε κατέναντι ὃ ἐπίςευσε Θεῷ τῷ ζωοποιῦντος τὸυ νεκρὺς, καὶ καλῦντας τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. Καὶ εἰς τὴν πρὸς Κορινθίυς πρώτην ἐπιςολὴν· εἰ δὲ Χριςὸς κυρύαται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγυσί τινες ἐν ὑμῖν [b], ὅτι ἀνάςασις νεκρῶν ὐκ ἔςι, καὶ τὰ λοιπὰ· καὶ εἰς τὴν πρὸς Κορινθίυς δευτέραν ἐπιςολὴν λέγει· συμμορφύ-

μενος

illis es. At poſtquam ne verbum quidem ſuper blaſphemum huiuſmodi dictum addere potuit coepit adfirmare, & iurare, ſe talem non eſſe, qualem ego ſuſpicabar, ſed utilitatis gratia interrogare. Tum ego: ſi ex imperitia blaſphemum illud verbum protuliſti, &, ut dicis, diſcere veritatem quaeris, non me ſane pigebit, neque ſaluti tuae invidebo, ſed quod Deus dederit, illud te edocebo. Sic enim in epiſtola ad Romanos ſcribit (a): *Quia patrem multarum gentium poſui te ante Deum, cui credidiſti, qui vivificat mortuos, & vocat ea quae non ſunt, tamquam ea quae ſunt.* Et in prima epiſtola ad Corinthios (3): *Si autem Chriſtus praedicatur, quod reſurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quod reſurrectio mortuorum non eſt*, & reliqua. Et in ſecunda epiſto-

la

μενοι [c] τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, εἴπερ καταντήσομεν [d] εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν· καὶ πρὸς Θεσσαλονικεῖς· εἰ γὰρ πιστεύομεν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον· καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ ἐπιστολῇ· εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί [e] βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; καὶ τὰ λοιπὰ. καὶ ἁπλῶς ὅσα ὁ Θεὸς ἔδωκεν εἰπεῖν αὐτῷ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, καὶ σώματι μὲν ὁ κατάρατος ὡμολόγει πιστεύειν, μὴ ἔχων τὶ ἀντιφθέγξασθαι πρὸς ταῦτα· τῇ γνώμῃ δ' ἦν ὁ ἄπιστος, ἄπιστος, καὶ τὸ φῶς ὁρῶν μὴ θέλων βλέπειν ὁ ἐσκοτισμένος· ἐργάτης γὰρ ἦν ὁ τοιοῦτος τοῦ σατανᾶ, καὶ ἀπόστολος, ὡς πολλῶν εἰδότων αὐτὸν ὕστερον ἔμαθον· τὸ δὲ τοῦ τοιούτου κυνὸς σωάντημα ἐκ θείας οἰκονομίας συνέβη εἰς

la ad Corinthios (4) dicit: *Configurati morti eius, ſi occurramus ad reſurrectionem, quae eſt ex mortuis.* Et ad Theſſalonicenſes (5): *Si enim credimus, quod Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.* Et in prima ad Corinthios epiſtola (6): *Si omnino mortui non reſurgent, ut quid baptizantur pro illis?* & reliqua. Et uno verbo quaecumque mihi ſuggeſſit Deus, ego dixi illi de reſurrectione mortuorum: & ore quidem exſecrabilis ille credere fatebatur, non habens quid illis opponeret; ſed erat infidelis animo, vere infidelis qui oblatam lucem, ut erat tenebris immerſus, deliberata mente nolebat videre: erat enim Satanae operarius, & apoſtolus, ut a multis, qui eum cognoſcebant, deinceps didici. Verum ex divina diſpoſitione in huiuſmodi

ἐμὲ γενέσθαι, πρὸς τὸ διεγεῖραί με τὸν νοῦν εἰς ἀκρίβειαν, καὶ εὐσοχὴν τῶν τοιούτων ἀσεβῶν· μαθητὴν γὰρ ἐμὸν, ἀποδημοῦντός με ἐν Ἱεροσολύμοις, ἔυρον οἱ τῷ εἰρημένῳ ἀσεβοῦς ὁμόφρονες, καὶ ἔπεισαν αὐτὸν, ἀγράμματον ὄντα καὶ ἰδιώτην, τῷ ἑαυτῶν φρονήματι συνεπαρθῆναι, καὶ μηδόλως πιστεύειν Θεὸν ἐν οὐρανοῖς, ἀλλὰ τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου, ὅς ἐστιν ὁ διάβολος.

Ὅμως ἀποχωρισθεὶς τοῦ τοιούτου κακοῦ συνοδίτου, καὶ ἐκ τῆς ἀποδημίας, ὡς εἶπον, τῶν Ἱεροσολύμων ἐπανελθὼν, ἐν τῷ εὐαγεῖ μοναστηρίῳ τῆς Περιβλέπτου ἔυρον τὸν ταπεινὸν μοῦ μαθητὴν ἀποπλανηθέντα· εἰσὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀσεβεῖς, διδάσκοντες πανταχοῦ ἔν τε πόλει, καὶ ἐν τοῖς ἔξω· ὁ δὲ μαθητής μου εὐνοϊκῶς ὥσπερ διακείμενος πρός με, καὶ τὸ ἀγαθὸν δῆθεν ὅπερ μεμά-

modi canem me incidere contigit, ut ad hoſce impios homines melius, ac perfectius cognoſcendos mea mens excitaretur. Diſcipulum enim meum, cum ego Hieroſolyma diſceſſiſſem, invenerunt qui eadem ac praefatus ille impius, ſentiebant, eique perſuaſerunt, cum illitteratus eſſet, & idiota, ut eorum ſententiae ſe adiungeret, & neutiquam Deum, qui eſt in caelis, crederet, ſed mundi huius principem, qui eſt diabolus.

Cum autem me a malo illo comite diſiunxiſſem, & ex ea quam dixi, uſque Hieroſolymam peregrinatione reverſus eſſem, in venerabili monaſterio Peribleptae miſerum meum diſcipulum deceptum inveni. Circuunt enim impii iſti, & in urbibus, & extra ubique docentes. At vero diſcipulus meus, ut qui bono animo erga me

μεμάθηκεν εἰς ὠφέλειαν αὐτοῦ, ὡς ὑπελάμβανεν ὁ ἄθλιος, βουλόμενος καὶμὲ ὡς ἐξ ἀγάπης τοῦτο διδάξαι, ἵνα μὴ ἄμοιρος καταληφθῶ τῆς πρὸς σωτηρίαν φερούσης ὁδοῦ, ὡς ὑπενόει, τὰ τῆς ἀσεβείας, χάριν ὠφελίας μου, βλάσφημα ῥήματα ἐπιμελῶς ἀνεδίδασκέ με ὅσα παρ' αὐτῶν μεμάθηκεν· ἐγὼ δὲ τούτων ἀκούσας, καὶ τὴν πλάνην, ἣν ὑπέστη, συνεὶς, διεγεγερμένον ἔχων τὸν νοῦν εἰς ταῦτα ἐκ τῆς τοῦ κακοῦ συνοδίτου διαλέξεως, ἐν ὑποκρίσει σοῦ αὐτοῦ λόγους ὥσπερ ἀποδεξάμενος, καὶ χαριεντιζόμενον προσωπεῖον αὐτῷ ὑποδείξας, σοῦ διδασκάλους ἐκείνης παρεκάλουν αὐτὸν ἐπιμελῶς ὑποδεῖξαί μοι· ὡς κρείττονος ὠφελίας λέγων παρ' αὐτῶν ἀμφότεροι ἐπιτευξώμεθα· σὲ γὰρ μήπω τὴν τοιαύτην διδασκαλίαν ἀκριβῶς διεγνωκότα, διδάσκαλον ἔχειν ταύτης ἀδύνατον.

me eſſet, & bonum, quod ad ſuam, ut opinabatur miſer, utilitatem acceperat, quaſi ex caritate etiam me vellet edocere, ne expers viae invenirer, quae ad ſalutem ducit, blaſphema impietatis verba, quae ab illis didicerat, utilitatis meae gratia, accurate me docuit. Ego autem cum haec audiſſem, erroremque, in quem inciderat, cognoſcerem, quod ex mali illius comitis colloquio mentem ad haec excitatam haberem, ſermones eius velut approbare ſimulans, vultumque tamquam de re grata exſultantem ei oſtendens, doctrinae illius magiſtros, ut mihi diſtincte oſtenderet, precatus ſum: valde utilius eſt, dicens, ut ab ipſis ambo erudiamur, fieri enim non poteſt, ut tu, qui nondum eam doctrinam perfecte es aſſecutus, in eadem habeare magiſter.

At

Καὶ ὃς εὐθὺς μηδὲν περὶ τούτου ἀναβαλόμενος χαίρων χαίροντας αὐτοὺς ὡς μέγα τι, καὶ θεῖον δώρημα ἐμοὶ τούτους προσέφερεν ἐν τῇ τοιαύτῃ μονῇ τότε αὐτοὺς ὑπάρχοντας· ἐγὼ δὲ καὶ εἰς αὐτοὺς τὴν ὑπόκρισιν μὴ παραιτησάμενος, πατέρας ἐκάλουν καὶ σωτέρας τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ διδασκάλους τοῦ ἀσεβεῖς, καὶ ἀπατεῶνας· ἄλλως γὰρ οὐκ εἶχον πῶς διαγνῶναι τὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν μυστήρια· ἡμέρας δέ τινας ἐν τῷ κελλίῳ μου ἔχων αὐτοὺς διελεγόμην· ὁ δὲ πρῶτος αὐτῶν τὰ τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ἀποστόλου ῥητὰ πάντα ὁ πλάνος ἔφερεν ὅπου στόματος· ἔτι δὲ καὶ τὰ τοῦ Θεολόγου, καὶ τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ ἀπὸ τῶν πατερικῶν λόγους ἁγίων γερόντων, καὶ τοῦ ψαλτῆρος, καὶ ὅπου πάντων γραφῶν· ἃς τινας θείας γραφὰς, μετὰ τὸ ὁπλανῆσαι αὐτοὺς, τινὰ καὶ τῆς

At ille confeſtim nihil ſuper hoc immoratus, gaudens, gaudentes illos, tamquam magnum quoddam, & divinum donum mihi obtulit, atque hoc ipſum monaſterium incolentes. Ego vero etiam erga illos eadem utens ſimulatione, patres & ſalvatores animarum noſtrarum, & magiſtros, quos impios, & deceptores agnoſcebam, vocabam; aliter enim quomodo impietatis eorum miſteria cognoſcere poſſem, non habebam. Per aliquot autem dies in cellula mea cum illis diſſerui. Eorum vero primus, evangelii, & Apoſtoli verba omnia, nec non Theologi, & Chryſoſtomi ſententias ad ſeducendum paratas habebat in ore, & ex libris etiam, qui πατερικοὶ dicuntur ſermones ſanctorum ſenum, & pſalterii, omniumque ſcripturarum textus recitabat; quibus plane divinis

καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἀποστῆσαι ὀρθοδόξου πίστεως, διδάσκουσι μὴ πιστεύειν καὶ τιμᾶν· τὸν γὰρ ἅγιον Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον, Φυρσοστόμον ἀτιμάζουσιν οἱ παμμίαροι· ὁμοίως καὶ τοὺς λοιποὺς ἁγίους· καί τι θαυμαστὸν, οἱ τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἀθετοῦντες, καὶ ἀτιμάζοντες, πῶς γραφὰς ἁγίας, καὶ ἁγίους οὐκ ἀτιμάσουσι; καὶ μὴ θαυμάζετε, εἰ τὰς θείας γραφὰς οἱ ἀσεβεῖς ἀπὸ στόματος φέρουσιν, ἀπὸ γὰρ συνεργίας σατανικῆς τοῦτο γίνεται, ὡς καὶ αὐτοὶ ὕστερον ὡμολόγησαν· καὶ γὰρ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ πολλαχοῦ εὑρίσκομεν, ὅτι καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁ σατανᾶς πειράζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, γραφικῶς διελέγετο· καί τισι τῶν ἁγίων πατρῶν εἰς τὸ γεροντικὸν γράφει ἀπὸ τοῦ ψαλτῆρος χῆμα τοῦ μοναχοῦ ὑποκρινόμενος, διε-

vinis ſcripturis, poſtquam aliquem ita deceperint, ut ab orthodoxa chriſtianorum deſciſcat fide, nullam fidem, nullumque honorem habendum eſſe docent. Sanctum enim Iohannem Chryſoſtomum, φυρόστομον ſeu *inquinatam os* habentem irriſorie vocant ſceleſtiſſimi, atque ita cum ceteris ſanctis agunt. Quid vero mirum? Quomodo enim qui Chriſtum, & Deum noſtrum flocci faciunt, atque contemnunt, divinas ſcripturas, & ſanctos non contemnent? Nec miremini, ſi divinas ſcripturas impii illi in ore gerant: hoc enim ex diabolica cooperatione fit, ut & ipſi deinceps faſti ſunt. Etenim in divina ſcriptura non ſemel invenitur, quod Satanas in eremo tentans Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſcripturaliter cum eo loquebatur, & in ſeniorum vitis ſcribitur, eumdem monachi habitum cum pſalterio ſimulatum cum quibuſdam ex ſancti Patri-

bus

λέχθη· καὶ τοιαύτη ἐστὶν ἡ πανουργία τῆ διαβόλυ, ἵνα διὰ διαφόρων γραφῶν δολεάση τινὰς τῶν τῦ Θεῦ δούλων· ἄλλως γὰρ ἀποπλανῆσαι τινὰς, εἰ μὴ ταῦτα προβάλλεται, οὐ δύναται.

Τούτυς γοῦν, ὡς ἔυρον, τέσσαρας ἀσεβεῖς διδασκάλυς ἐν τῇ προδηλωθείσῃ μονῇ τῆς Περιβλέπτυ φανερώσας, καὶ χωριθέντας ἀπ' ἀλλήλων, ἰδίᾳ ἕκαστον αὐτῶν φανερῶς ἡμῖν ἐξελεγξαι κατηνάγκασα· ὁ πρῶτος ὢν αὐτῶν ἐρωτηθεὶς πόθεν τούτῳ ἡ τῶν γραφῶν μάθησις, καὶ πῶς εἰς διδασκαλίαν προβάλλεται ἃ ὕστερον μὴ πιστεύειν προτρέπεται τοὺς μαθητὰς αὐτυ, ἔφη· ὅτι ἄλλως ἐξαπατῆσαι χριστιανὸν οὐ δυνάμεθα, εἰ μὴ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ὑποκριθῶμεν, καὶ χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάσωμεν, καὶ τὰ τῶν χριστιανῶν πάντα ποιῶν-

bus diſſeruiſſe. Atque haec eſt plane diaboli calliditas, ut per diverſas ſcripturas, tamquam eſcas, quoſdam ex Dei ſervis ſeduceat, neminem enim, niſi haec praeferat; valet decipere.

Cum itaque hos quatuor impios magiſtros, quos in praefato monaſterio Peribleptae adinveni, detegiſſem, & alterum ab altero ſeiunxiſſem, ea quae eorum quiſque ſentiebat, ſeorſim, ac manifeſte mihi enunciare coegi. Primus itaque illorum a me interrogatus, undet antam haberet ſcripturarum ſcientiam, & quomodo diſcenda proponeret, quae poſtea eius diſcipulos, ne crederent, cohortabatur, inquit: quia aliter chriſtianum ſeducere non poſſumus, niſi monaſticum habitum ſimulemus, & chriſtianos noſmetipſos nominemus, & omnia quae chriſtianorum ſunt facere vide-

ποιῦντες φαινόμεθα, καὶ τὰ τῆς θείας γραφῆς εἰς διδασκαλίαν προτιθῶμεν· ὅτι δὲ δεῖ σώματος τὰς γραφὰς φέρειν δυνάμεθα, ἔστι συνεργῶν ἡμῖν ὁ ἀποστέλλων εἰς τὰ αὐτοῦ κηρύγματα. Χριστὸν δὲ οἱ ἀσεβεῖς ὀνομάζουσι τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου, ὃς ἔστιν ὁ σατανᾶς, καὶ τὴν τῶν ἁγίων δὲ εὐαγγελίων δύναμιν, καὶ ὅσα τῶν ἐπιστολῶν εἰς αὐτὸν ἐπιγράφουσι, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὡμολόγησαν, καὶ ὁ ἀποπλανηθεὶς μαθητὴς μοῦ ἐξεῖπέ μοι· καὶ ἀληθινοὺς χριστιανοὺς αὐτοὶ ἑαυτοὺς ὀνομάζουσιν.

Οὐ τολμῶ δὲ ἀδελφοὶ τὰς τῶν τοιούτων ἀσεβῶν βλασφημίας, ἃς κατὰ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ σεπτῶν εἰκόνων, καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν βλασφημοῦσιν, ἐγγράφως ἐκθέσθαι, ἃς δὲ οἱ

videamur, eaque quae divinae ſcripturae continent ediſcenda proponamus. Quod autem in ore ſcripturas ferre poſſimus, nobis auxiliatur, qui in ſui praeconium nos mittit. Chriſtum vero impii illi nominant principem mundi, qui eſt Satanas, & ſanctorum evangeliorum potentiam, & quotquot in epiſtolis leguntur in illum referunt, quemadmodum & ipſi

falſi ſunt, & deceptus diſcipulus mihi enunciavit; & veros chriſtianos ſeipſos vocant.

Ego vero non audeo, fratres, huiuſcemodi impiorum blaſphemias, quas contra pretioſam, & vivificam crucem, ſanctaſque, & venerabiles imagines, & contra ipſum Chriſtum, Deumque noſtrum ſceleſte proferunt, litteris tradere, quas neque infideles

He-

ἅπιστοι Ἑβραῖοι τολμῶσιν εἰπεῖν· ὅμως οἱ δόλιοι μέσον ἡμῶν διαπατῶντες, καὶ συναναστρεφόμενοι ἐν ὑποκρίσει φαίνονται τὰ ἡμέτερα πάντα φρονοῦντες· κτίζουσιν ἐκκλησίας οἱ ἀσεβεῖς, καθὼς αὐτοὶ ταῦτα πάντα ὡμολόγησαν, οὐ πίστει, ἀλλ' εἰς τὸ ἐμπαίζειν, καὶ μιαίνειν αὐτὰς, ἐν αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὰς μιαρὰς πράξεις, καὶ μίξεις αἰσχρὰς ποιεῖν μὴ παραιτέμενοι· ζωγραφοῦσιν εἰκόνας, οὐ πίστει, ἀλλ' εἰς τὸ ὑβρίζειν, καὶ μιαίνειν αὐτὰς· ποιοῦσι σταυροὺς εἰς τὸ καταπατεῖν, καὶ μιαίνειν αὐτούς· βαπτίζουσι τὰ ἄθεα αὐτῶν νήπια ἐν ἐκκλησίαις φανερῶς, οἶκοι δὲ ἀπελθόντες ἀποστογγίζουσιν αὐτὰ ἐξανάτριχα μετὰ μεμιασμένου ὕδατος, καὶ οὖρων, ὑπαναγινώσκοντες αὐτοῖς σατανικὴν ἐπωδὴν, καὶ τὸ τοιοῦτον ἀπόλυμα χέουσιν ἐν αἰσχρῷ τόπῳ, καὶ

Hebraei audent dicere, & tamen doloſi in medio noſtrum ambulantes, & converſantes cum hypocriſi, omnia nobiſcum ſentire videntur. Eccleſias aedificant impii, ſicut ipſi haec omnia confeſſi ſunt, non ex fide, ſed ut eas illudant, & contaminent, cum in ipſo altari obſcenos actus, turpeſque coitus facere non abhorreant. Pingunt item imagines, non ex fide, ſed ut eas iniuria afficiant, & inquinent. Faciunt cruces, ut eas conculcent, & foedent. Exſecrabiles eorum infantes in eccleſiis manifeſte baptizant: domum autem reverſi aqua conſpurcata, & urinis eos lavant, & ſpongia detergunt, diabolicum ſuper illos carmen recitantes, eaſque ex ablatione ſordes in turpem, foedamque

καὶ μιαρῷ, ἀπαλλοτριοῦντες ἑαυτὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· κοινωνοῦσι τῷ ἀχράντων, καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, ἡ νῆσις· εἰ δὲ καὶ λαθεῖν δύνηθῶσι, πτύουσι τὰ ἅγια, καὶ καταπατοῦσιν οἱ παμμίαροι, κοινὸν ἄρτον ταῦτα, καὶ οἶνον ἡγούμενοι.

Καὶ δὴ αὐτοὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἀθέων μαθητευόμενοι δύνανται σωτόμως ταύτην τὴν μιαρὰν ἠπανοῆσαι ἀσέβειαν· κανονίζουσι γὰρ σὺν ἀρχαείους αὐτῶν μαθητὰς ὑπεταμένην νηστείαν, καὶ εὐχὰς ἑπτάκις τῆς ἡμέρας, καὶ ἑπτάκις τῆς νυκτὸς, τὸ μονοχίτωνας εἶναι, ἀποχὴν παντελῆ τῆς ἰδίας γυναικὸς, ἐν τούτῳ οἱ ἀσεβεῖς τὸν τοῦ Θεοῦ ἀνατρέποντες νόμον· καὶ ὅτε χρονίσαντας ἴδωσιν εἰς τὴν τοιαύτην ἐντολὴν, τότε καὶ τὸ βάπτισμα ὑπιχνοῦνται, τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος

dumque locum effundunt, a ſancti baptiſmatis gratia ita eos alienare cogitantes. Ad immaculata, & vivifica myſteria ſumenda non ieiuni accedunt: ac ſi eos latere contingat, vere ſceleſti ſancta exſpuunt, & conculcant, ea panem, vinumque communem exiſtimantes.

Nec foedam hanc impietatem exſecrabilium magiſtrorum diſcipuli ſtatim, ac brevi queunt addiſcere. Tironibus enim diſcipulis intenſum ieiunium, nec non ut per ſeptem dies, & ſeptem noctes preces fundant, ut unam tunicam geſtent, & a ſua ſeſe uxore abſtineant ex lege praeſcribunt. Ita Dei legem ſubvertentes impii, cum eos in horum praeceptorum obſervantia diu perſeverantes viderint, tunc & baptiſma eis pollicentur, ſancti nempe baptiſmatis abſterſionem, & alie-

τος ἀποστόγγισίν τε καὶ ἀλλοτρίωσιν, καὶ τῆς σατανικῆς ἐπωδῆς τὴν ἐπανάγνωσιν, ἃ τινα οἱ ἀσεβεῖς βάπτισμα ὀνομάζουσι· καὶ ὅδ' ὅτως οἱ ἀσεβεῖς τὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν θαῤῥοῦσι μυστήρια, ἀλλ' ἀσφαλέως ἡ ὅρκους αὐτοὺς ἀπαιτοῦσι, τὸ μὴ δῆλα τοῖς πολλοῖς ποιῆσαι τὰ παρ' αὐτῶν διδασκόμενα· καὶ μόλις μετὰ σκέψεως θαῤῥοῦσιν αὐτοὶ ἓν καὶ μόνον· ἡ ὅτε ἴδωσιν εὐκόλως προσδεξαμένους τοῦτο αὐτούς, λέγουσι καὶ ἕτερα· καὶ ὅτως κατὰ μικρὸν διὰ χρόνου μόλις ἀποκαλύπτουσι τοῖς μαθηταῖς τὴν ἀσέβειαν· καὶ λοιπὸν τότε φέρουσιν αὐτούς, καὶ προσκυνοῦσιν αἰσθητῶς τὸν διάβολον, τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, καὶ γίνονται διδάσκαλοι οἱ παράδηλοι, καὶ οὐ μαθηταί· βλέπουσι δὲ ὡς

ὀξ

& alienationem, & diabolici carminis recitationem, quae omnia impii baptiſmum vocant. Verum ne tunc quidem ſceleſti, impietatis eorum myſteria prodere confidunt, ſed ab iis certa iuramenta diligenter requirunt, ne vulgo ea, quae ab ipſis didicerunt, manifeſtent: tunc vero multum caute unum, aut alterum illis revelant. Cumque eos viderint illud facile ſuſcepiſſe, etiam alia eis dicunt & ita paullatim, & non niſi longo temporis curſu diſcipulos impietatem vix docent. Tunc demum eos educunt, ut diabolum tenebrarum principem ſenſibiliter adorent, ex quo magiſtri, & non amplius diſcipuli miſerrimi illi ſunt. Qui autem adorant diabolum, veluti per ſomnium terribiles rerum imag nes vident. Sed & ſubſcriptiones manu propria ſignatas requirunt magiſtri, quibus diſci-

ἐξ ὕπνου φαντασίας φοβερὰς οἱ προσκυνοῦντες αὐτὸν· ἀπαιτοῦνται δὲ καὶ ἰδιόχειρα τοῦ μηκέτι ἐπιστρέφειν εἰς τὴν τῶν χριστιανῶν πίστιν.

Μὴ ἁπλῶς δὲ διακεῖσθαι, ἀδελφοὶ, πρὸς τοὺς τοιούτους ἀσεβεῖς, πιστεύοντες αὐτοὺς λέγοντας πατέρα, υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα πιστεύειν· πᾶσαι γὰρ αἱ αἱρέσεις τὸ αὐτὸ λέγουσι, καὶ Παυλικιανοὶ, καὶ οἱ λοιποί· ὅμως οὗτοι οἱ ἀσεβεῖς, καὶ ἀθέοι ἔχουσιν ἰδίαν τριάδα, εἰς ἣν πιστεύουσι. Πατέρα γὰρ καλοῦσι τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους τὸν διάβολον τὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν πεσόντα, ὡς καὶ αὐτοὶ ὡμολόγησαν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς φησὶν, ὅτι ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ. Υἱὸν δὲ, τὸν υἱὸν τῆς ἀπωλείας, καὶ πνεῦμα, τὸ πνεῦμα τῆς πονηρίας· αὕτη ἐστὶν ἡ τριὰς τῶν ἀσεβῶν, καὶ αὐτὴν ὁμολογοῦσι

discipuli numquam amplius ad christianorum fidem se rerversuros polliceantur.

At vos, fratres, ne sitis contra tales impios tam bono affecti animo, ut eis credatis, cum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum credere asseverant. Omnes enim haereses hoc profitentur, & Paulliciani, & reliqui omnes idem dicunt. At vero impii isti, & exsecrabiles propriam quamdam Trinitatem habent, in quam credunt. Nam tenebrarum principem diabolum, qui e caelis decidit, vocant patrem, prout ipsi fassi sunt; quod recte convenit cum iis quae Christus dixit (6): *Vos ex patre diabolo estis*. Filium autem filium perditionis, & spiritum, spiritum iniquitatis appellant; Haec est impiorum Trinitas: hanc illi

λογῦσι καὶ σέβονται. Χριστιανὺς δὲ ἑαυτὺς ὀνομάζυσιν, ὐχ' ὡς ἐκ τῦ ἀληθινῦ Χριστῦ τῦ Θεῦ ἡμῶν, ἀλλ' ἐκ τῦ Ἀντιχρίστυ· περὶ δὲ τῆς ἀπωλείας τῦ υἱῦ, ὃν οἱ ἄθεοι, καὶ ἀσεβεῖς ἀντὶ τῦ υἱῦ τῦ Θεῦ σέβονται, καὶ Χριστὸν ὀνομάζυσιν, ὁ Ἀπόστολος πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστέλλων, φησὶ, μήτις ὑμᾶς ἐξαπατήσει κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἂν μὴ ἔλθη ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῆ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀνομίας ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τῦ Θεῦ καθίσαι, καὶ τὰ λοιπά.

Τὸ δὲ πάτερ ἡμῶν, ὡς παρ' αὐτῶν ἐμάθομεν, σκοπῷ τοιύτῳ λέγυσι πατέρα γὰρ ἑαυτῶν καλῦσι τὸν διάβολον· ἐκ τῦ οὐρανῦ δὲ τῦτον ἐπικαλῦνται κατὰ δύο σκοπύς, ἕνα μὲν,

illi confitentur, & venerantur. Chriſtianos vero ſeipſos decantant, non tamquam ex vero Chriſto Deo noſtro, ſed tamquam ex Antichriſto dimanantes. De Filio autem perditionis, quem exſecrabiles, & impii pro Dei filio venerantur, & Chriſtum nominant, ita loquitur Apoſtolus (7) ſcribens ad Theſſalonicenſes: *Ne quis vos ſeducat ullo modo; quoniam niſi venerit diſceſſio primum, & revelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui adverſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, ita ut in templo Dei ſedeat*; & reliqua.

Illud autem Pater noſter, ut ab ipſis accepimus, hac mente dicunt. Patrem enim ſuum vocant diabolum, eumque duplici ex cauſa advocant de cœlo: ac primum quidem ſecundum ea, quæ ſcri-

μὲν, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ Ἰὼβ· καὶ ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, καὶ ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παραστῆναι τῷ κυρίῳ, καὶ ὁ διάβολος ἐν μέσῳ αὐτῶν· καὶ εἶπεν ὁ κύριος τῷ διαβόλῳ, πόθεν σὺ ἔρχῃ; εἶπε δὲ ὁ διάβολος ἐνάντι κυρίου, διαπορευθεὶς τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν γῆν, παρεῖμι· καθ' ἕτερον δὲ σκοπὸν τολμῶσιν οἱ πάσης ἀσεβείας καὶ βλασφημίας πεπληρωμένοι, λέγειν τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, τὸν διάβολον δημιουργῆσαι, καὶ οὐ τὸν Θεὸν, καὶ ὅτι τὸν παράδεισον αὐτὸς ἐποίησε, καὶ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸς ἔπλασε, καὶ οὐχ' ὁ Θεός, δύο μόνα λέγοντες εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ἐκ τῆς δημιουργίας τοῦ ἐπουρανίου Θεοῦ, τὸν ἥλιον, καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ ὅτι ὀκτὼ εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ, ἑπτὰ μὲν, ὡς ἐποίησεν ὁ ἐπουράνιος Θεός, καὶ καθέ-

scripta sunt in Iob (8): *Et factum est sicut dies haec, & venerunt Angeli Dei, ut adstarent Domino, & diabolus in medio ipsorum, & dixit Dominus diabolo, unde venis? dixit autem diabolus in conspectu Domini postquam peragravi eam, quae sub caelo, & perambulavi terram, adsum.* Ex altera autem causa, eo quia audent isti omni impietate, & blasphemia pleni dicere caelum, & terram, & omnia, quae in eis sunt, diabolum, & non Deum creasse, itemque paradisum eum fecisse, hominemque plasmasse, nam duo tantum esse in mundo dicunt, quae ex supercaelestis Dei operatione prodierint; solem nempe, & animam hominis. Octo etiam esse caelos aiunt, septem

καθέζεται ἐπάνω αὐτῶν· ὄγδοος δέ ἐστιν ὁ ὑπὸ κάτω πάντων, ὁ καὶ παρ' ἡμῖν ὁρώμενος, ὃν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐποίησεν.

ptem quidem, quos supercaelestis Deus fecit, & super illos sedet, octavum autem, qui sub omnibus est, & a nobis cernitur, quem mundi huius princeps efformavit. *Cetera desiderantur.*

ADNOTATIONES.

In textu Graeco.

(a) In Vulgata: ἔτι πατέρα.
(b) In Vulgata: ἐν ὑμῖν.
(c) In Vulgata: συμμορφούμενος.
(d) In Vulgata: εἴπως καταναντήσω.
(e) In Vulgata: τί καὶ.

In Latina versione.

(1) Epist. I. ad Corinth. cap. XV. v. 50.
(2) Cap. IV. v. 17.
(3) Cap. XV. v. 12.
(4) Lapsus memoriae est: hic enim textus habetur in epist. ad Philipp. cap. III. v. 10. & 11.
(5) Cap. IV. v. 14.
(6) Cap. XV. v. 29.
(7) Iohan. cap. VIII. v. 44.
(8) Epist. II. ad Thessal. cap. II. v. 3. & 4.
(9) Cap. II. v. 1.

FRAGMEN-

FRAGMENTUM COPTICUM
EX ACTIS S. COLUTHI MARTYRIS
Erutum ex membranis vetuſtiſſimis
ſaeculi V

AC LATINE REDDITUM

QUOD NUNC PRIMUM IN LUCEM PROFERT

EX MUSEO SUO

STEPHANUS BORGIA
A SECRETIS SACRAE CONGREGATIONIS
DE PROPAGANDA FIDE.

Digitized by Google

ERUDITO LECTORI

STEPHANUS BORGIA

FRagmentum ſane pretioſum, ac inſigne, prorſus Actorum S. Coluthi Martyris, quod nunc publici iuris facimus, detectum fuit anno CIↃIↃCCLXXVIII. *inter rudera veteris monaſterii, quod ſitum erat prope Thebas in ſuperiore Aegypto, quae urbs caput, & metropolis Thebaidis quondam erat. Aliter etiam audiebat haec ipſa urbs, quae nimirum dicta quoque eſt* Diapolis, *vel* Dioſpolis (a), & Hecatompylos, *mutuato poſteriori hoc nomine a centum portis, quibus eadem donabatur* (b), *& ob quas apud Iuvenalem* (c) *legitur*:

Atque vetus Thebe centum lacet obruta portis.

Thebarum itaque civitas, de qua nunc loquimur, haud permiſcenda eſt cum ceteris eidem homonymis, quas & in Boeotia (quae quidem ob Amphionis fabulam, per quam ab eo condita eiuſdem moenia circumferuntur, celebris evaſit, quaeque & Heptapylos *dicta eſt ob ſeptem eidem tributas portas, quas reſpexit Iuvenalis* (d), *dum ait*:

(a) Hinc Manethoni, Africano, & Euſebio Reges Thebani *Dioſpolitani* nuncupantur.

(b) *Hecatompylos* eadem de cauſſa vocabatur urbs Parthiae maxima, & regia, inter Ecbatana, & Alexandriam Ariae.

(c) Sat. XV. v. 6.

(d) Sat. XIII. v. 26.

Rari quippe boni : numero vix ſunt totidem, quot
Thebarum portae, vel divitis oſtia Nili)
& in Cilicia, & in Corſica, & in Italia tandem, in Lucania nempe, olim exſtitiſſe cognovimus. Hinc factum eſt, ut Ptolemaeus (a), *quo noſtras Thebas ab aliis diſtingueret, civitatem hanc ipſam* μεγάλην magnam *ſcilicet appellaverit.*

De loco, in quo huiuſmodi fragmentum proſtabat, fidem nobis facit Angelus Antonius Bergomas Alumnus Fratrum Minor. Reformator., Nagadae degens, quod oppidum eſt Aegypti ſuperioris, qui huiuſmodi fragmentum ad nos dono miſit cum nonnullis aliis, ac ſingulis quidem membranaceis, atque eodem loco exſiſtentibus, tum & Copticis litteris exaratis; inter quae eſt, quod coteris praeſtet, illud, quod Coptice, & Graece uno tempore loquitur, quodque capitula aliquot haud tamen integra Evangelii S. Iohannis comprehendit, quae inſuper edenda in ſacrorum ſtudiorum utilitatem mature curabimus (b). *Interim praeclare actum cenſeri debet cum fragmento, de quo agimus, quod nempe ſtrenuum illuſtratorem, & interpretem magnum nactum fuerit, virum ſcilicet cl. Auguſtinum Antonium Georgium Eremitarum Auguſtinenſium Procuratorem generalem, cui commode illud extricandum pro ſumma ſua orientalium fere omnium linguarum peritia, & pro inſigni ad ardua quaeque expe-*

(a) Lib. IV. cap. 5.

(b) Vide quae de hoc fragmento adnotavit eruditiſs. Andreas Chriſtianus Hwiidius Haunienſis in *Specim. ined. verſionis Arabico-Samarit. Pentateuchi* Romae 1680. pag. 14.

Digitized by Google

Specimen characteris fragmenti Coptici membranacei saeculi V. in museo Borgiano Velitris

expedienda alacritate commiſimus. Quare cum duo tantum, eaque mutila prodigia contineat fragmentum Actorum S. Coluthi, quae ad eius martyrium patrata perhibentur, ita ad ea ſupplenda ipſe induſtriam, & animum ſuum comparavit, ut nil ſive veroſimilius, ſive felicius excogitari poſſe videatur iis, quae ab eo nunc proponuntur.

Nos vero, ut quoquo modo huic rerum apparatui ſane egregio reſpondeamus, & orientalis litteraturae ſtudioſis morem geramus, characteris ſpecimen aere inſculptum exhibemus, quod nempe ex prioribus fragmenti lineis petitum eſt, ut proinde ex eo iudicium ferri poſſit de univerſa Copticarum litterarum forma, qua quinque omnino membranae, binis in unaquaque ſcripturae columnis appoſitis, exaratae ſunt, quot nempe a pag. 221. ad pag. 230., quemadmodum recenſentur, exſiſtunt. Hinc ſane colligere eſt, fragmentum hoc pertinuiſſe olim ad codicem, in quo forſan alia Sanctorum Martyrum acta continebantur, quodque vulgo Paſſionarium *appellari conſuevit. Profecto ſcribendi forma magnam redolet vetuſtatem, quae ex ſententia laudati Georgii noſtri, & Raphaelis Tukii natione Aegyptii, & Epiſcopi Arſenovenſis, cui acceptae referri debent editiones peractae Liturgicorum librorum, & Pſalmorum Coptice loquentium typis Propagandae Fidei, viri ſane utriuſque ad iudicium de huiuſmodi re recte ferendum perquam idonei, ſaeculi quinti aetatem citra dubium omne attingat. Nulla in hiſce membraniis capitulorum veſtigia, ſive ſectionum indicia, neque eo loci, quo ad rem aliam fiat oratio-*

nis converſio ; ut idcirco ubi explicit prioris miraculi narratio per haec verba : Dantes gloriam Deo, & Sancto Colutho, *continenter , citra alterius capituli auſpicationem , alterius prodigii deſcriptio ſubſequatur per haec verba :* Audite quoque magnum aliud miraculum . *Acta haec Thebanenſi , ſeu Sahidica dialecto , quae in ſuperiore Aegypto obtinebat , non autem Memphitica , ſeu Alexandrina , quae communiter adhibebatur , concinnata ſunt . At non haec nos nunc agimus .*

Quare in eo potius erit propoſitum noſtrum , ut monumenta , quae de S. Colutho innotuerunt , quaeque nos coegimus , afferamus . Sancti huiuſce Martyris mentio occurrit primum in Graeco Baſilii Imp. Menologio ad diem XIX. *menſis maii* (a), *in quo tum de eo , tum de ipſius martyrio haec leguntur :*

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Κολλούθου .

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Κολλοῦθος ὑπῆρχεν ὑπὸ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ , ἐκ Θηβαΐδος πόλεως τῆς Αἰγύπτου . διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν προσκυνούντων τὰ εἴδωλα , παρεδόθη τῷ τῆς χώρας ἡγεμόνι . Καὶ μήτε κολακείαις ἁλεαθεὶς , μήτε ἀπειλαῖς πτοηθεὶς , ὡμολόγει τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ . Διὰ τοῦτο πρῶτον μὲν λίθῳ μεγάλῳ τὸν τράχηλον προσδεθεὶς , ἐκρεμάσθη κατὰ κεφαλῆς . Καὶ τυπτόμενος

(a) Tom. III. edit. Urbini 1727. pag. 105. & ſeq.

νος ὑπὸ τῶν δημίων, ἔλεγεν. Οὐχ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς. Ἔπειτα τοῦ ξύλου, ἐν ᾧ ἐκρέματο, καταβιβασθεὶς, ἠναγκάζετο ἀπελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ θύσαι. Καὶ μὴ πεισθεὶς, τὴν δι' τοῦ πυρὸς ἀπόφασιν ἐδέξατο· καὶ ἐμβληθεὶς εἰς κάμινον ἰσχυρῶς ἐκκαιομένην, τέλος ἔσχε τοῦ παρόντος βίου.

Certamen Sancti Martyris Colluthi.

Martyr Chriſti Colluthus fuit Imperatore Maximiano, ex Thebaide Aegypti urbe. Ob Chriſti autem confeſſionem ab idololatris comprehenſus, praeſidi regionis traditus eſt: a quo neque blanditiis illectus, neque minis perterritus, Chriſtum libere profitebatur. Idcirco primum quidem ingenti ſaxo ad eius collum alligato, inverſo capite ſuſpenſus fuit. Cumque a lictoribus flagellaretur, dicebat: Non ſunt condignae paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Poſtea e ligno, in quo ſuſpenſus fuerat, depoſitus, fanum idolorum ingredi, & ſacrificare compellitur. Quod cum facere recuſaret, ut flammis addiceretur, ſententiam accepit. In fornacem itaque valde accenſam iectus, huiuſce temporariae vitae finem habuit.

Haec Basilius Imp. Verum in ms. Synaxario, & mss. Menaeis Mediolanensibus bibliothecae Ambrosianae, & Taurinensibus Regis Sardiniae ista leguntur apud Bollandium (a), *qui Latinam tantum versionem refert*: Certamen Sancti Martyris Coluthi. Hic fuit tempore Maximiani Imp. in Thebaide Aegyptiaca, & ob professionem Christianae religionis ad Arianum praesidem adductus, primum quidem lapide cervici alligato aggravatur, deinde per ignem accepit vitae finem, & martyrium consummavit. *Synaxarium Divionense simile elogium habet* Sancti Martyris Acoluthi, *cum districho adludente ad nomen, unde* ἀκολουθέω, sequor *ducitur, quod est huiusmodi apud laudatum Bollandium* (b):

Ὁ μάρτυς Ἀκόλουθος ὡς πρὸς παστάδα
Ἐπακολουθεῖ τοῖς ἄγουσι πρὸς φλόγα.

Martyr Acoluthus ad rogum sequitur libens,
Ceu nuptialem duceretur ad thorum.

Hos versus ex eodem Graeco textu, seu ex Codice Petri Francisci Chifletii, vertit quoque L. Urbanus Godofius Siberus in Ecclesiae Graecae Martyrologio metrico ex Menaeis (c), *licet haud pressim Graecae linguae genium sequutus videatur. En illos*:

Hic Martyr Acoluthus ascendit pyram
Perinde acsi duceretur ad thorum.

Prae-

(a) Ad diem XIX. maii pag. 309. Antuerpiae 1685.

(b) Loc. cit.

(c) Lipsiae in officina Lanciſiana 1727.

Praeter Menologii , aliorumque Graecorum librorum commemorationem praeſto eſt etiam commemoratio Aiſmavur , *ſeu Menologii Armenorum* (a) . *Quamquam hic liber emanet a Menologio Graecorum ; ex quo in Armenum idioma converſum eſt a Gregorio , qui* Uchaiaſer , *ſcilicet* amator martyrum , *dictus eſt , quique ſaeculo* XI. *floruit , tamen id peculiare habet , ut diem prodat , quo apud Armenos celebratur feſtum S. Coluthi , quod nempe incidit in diem* XXII. *menſis maii ab Armenis* mais *nuncupati ; quemadmodum penes Syros duobus antecedit diebus hoc idem feſtum , ut dies* XX. *maii , ſicut inferius etiam adnotabimus , eidem aſſignatus comperiatur ; tum & nomen Iudicis , quod deeſt in Menologio Baſi-*

 lii ,

(a) *Aiſmavur* nuncupatur ab Armenis diarium, hoc eſt lectionarium continens vitas Sanctorum per anni circulum . Manuſcriptum circumfertur , ſed editum quoque habetur CPoli an. Chr. CIↃIↃCCVI. Armenorum CIↃCLV. Apud cl. Ioſephum Simonium Aſſemanium Tom. III. Par. I. *Bibl. Orient.* p. 651. ubi Sanctorum tantum nomina excerpta ab *Aiſmavur* habentur , mendum irrepſit in nomine S. Coluthi , quod *Zolothae* peram notatur pro *Guluiha* , ut revera ſcribunt Armeni , & apud eumdem Aſſemanium Tom. citat. pag. 647. legitur in Armenorum libro *Donazuiz* , qui eſt ordo perpetuus iuxta ritum Armenorum indicans officium , cantus, lectiones , ac feſta Sanctorum per annum , editus CPoli ſub *Aſtuazadur* , ſeu Deodato Patriarcha , *Ecmiazin* , in quo ad diem XXII. mali habetur memoria *Theodoti venditoris vini , & Colutae* .

lii , ad cuius tribunal primum S. Colutbus ſtetit . Is Arianus *vocatur : ac penes Simeonem Metaphraſtem in Actis SS. Apollonii & ſociorum eius idem iudex Arianus , qui Thebaidi praeerat , memoratur , qui condemnavit Apollonium ipſum monachum ſatis celebrem in Thebaide , tum & eius ſocios , qui apud Antinoum civitatem paſſi primum ſunt* (a) *, deinde Alexandriae martyrium in Diocletianea perſecutione conſummarunt* (b) *. Idem Arianus iudex alios martyres , Aſclam ſcilicet celeberrimum martyrem* (c) *, Paphnutium , & ſocios in ipſa Thebaide morte affecit* (d) *. Quare cum tempus & regio concordent , Ariani nomen recte additum videtur tum aliis Graecorum libris , quos ex Bollandio retulimus , tum Menologio Armeno , cuius textum nunc accipe , eiuſque litteralem verſionem , quae a Paullo Leonio , Armenorum Epiſcopo pro obeundis Romae ſacris gentis ſuae ordinationibus , nobis communicata eſt :*

Cuius

(a) Vide Bolland. ad diem VIII. martii pag. 753. Antuerpiae 1668.

(b) Vid. Ruinart. *Act. MM.* pag. 428. edit. Veronae 1731.

(c) Vide Bolland. ad diem XXIII. ianuarii p. 456. Antuerpiae 1643.

(d) Vide Bolland. ad diem XXIV. ſeptembris p. 684. Antuerpiae 1757., ubi animadvertit Arianum praeſidem poſtea converſum , & martyrio coronatum fuiſſe , ut habent *Acta SS. Philemonis , Apollonii , Ariani &c.* ad diem VIII. maii .

Յայսմ աւուր . Վկայաբանութիւն սրբոյն Կուղութայ . Սա վկայն ք͞սի Կուղութաս էր 'ի Թեբայիթէ Եգիպտացւոց , յամս Մաքսիմիանոսի արքային : Յաւուր միում կոչեաց զԿուղութաս , արիանոս դատաւորն առաջի իւր , և ասէ . զոհեա՛ չա͞ծոցն . և նա ոչ զոհեաց . այլ զք͞ս դաւանեաց . և զկուռսն անարգեաց : Յայնժամ բարկացեալ ետ տանջել զս͞բն . և յետոյ հրով այրեցին զնա . և այնպէս կատարեցաւ 'ի ք͞ս :

In hac die . Testificatio Sancti Gulutha : Sanctus testis Christi Guluthas erat ex Thebaide Aegyptiorum , anno Maximiani Regis : Quodam die vocavit Gulutham Arianus iudex ante se , & dixit : immola Diis ; & ipse non immolavit , sed Christum professus est , & idola despexit . Tunc dedignatus dedit in tormentis Sanctum : & postremo igne combusserunt eum , & ita in Christo perfectus est .

Tempori vero etsi respondere non videatur Synaxarium , sive Martyrologium ecclesiae Alexandrinae , sive Copticae (siquidem diem alium , diversum & a XIX. , quem exhibet Graecum Menologium , a XX. iuxta Syros , & a XXII. , quem exhibet Menologium

gium Armenicum, hoc ipſum praeferat); tamen iuxta diverſas temporis ſupputandi rationes hae dierum varietates in noſtrum xx. diem maii redire apertum eſt. Huiuſmodi enim Synaxarium, quod, ut alibi adnotavimus (a), *collectum fuit initio ſaeculi xv., refert S. Coluthi commemorationem ad diem xxv. (quae eſt apud nos xx.) maii, ſive menſis* beſcenes, *ut a Coptis vocitatur. Si quae vero ſunt diſcrimina, ea ſunt quoad nonnulla alia, ut lectori facile conſtabit, tum ex textu Arabico, tum ex Latina verſione, quorum utrumque ex laudati Tukii noſtri humanitate nobis communicatum heic nunc exhibemus:*

فى هذا اليوم استشهد القديس كولوثوس
الطبيب الانصناوى ۞

هذا القديس كان ابوه رجلاً خايفـًا
من الله وكذلك امه ايضًا وكان والده والى
انصنا ولم يكن له ولدًا فلم يزل يسال
المسيح الى حيث رزقه هذا القديس
فعلمه الكتابة وحفظه كتبًا كثيرة من
كتب البيعة: وكان طاهرًا من صغره
ناسكًا

(a) *De Cruce Veliterna* pag. 110. Romae 1780.

ناسكًا عابدًا مصليًا صلوات كثيرة:
فكان قانونه فى صلاته ماية صلاة فى
الليل ومثلها فى النهار: فلما نشا قليلاً
طلب اباوه ان يزوجوه فلم يفعل: وكان
لهما ابنة قد رزقاها بعد القديس
فازوجاها لاريانا الذى تسلم الولاية بعده.
لان ابيه لما شاخ سال الملك فاعفاه من
الولاية وسلمها لاريانا صهره. ولما توفا ابيه
بنا فندقًا وجعله للغربا. ثم قرى الطب
وصار طبيبًا وكان يطبب بلا اجرة. فلما
اشتد كفر ديقلاديانوس وافقه اريانا
لاجل الولاية وصار بعذب الشهدا
فقصد القديس الشهادة فاتي الى المحفل
وشتم الملك واريانا صهره واوثانهم فلم
يقدر

يقدر اريانا ان يفعل به شيًا لاجل اخته.
بل سيرة الى البهنسا فاقام فى السجن
ثلث سنين فارسلت اخته وخلصته ثم
اتي والى اخرفعرف خبره وارسل احضره
وهدده. فلم يلتفت الى تهديده فغضب
جدًا وامر بعذابه تعذب باذواع العذاب:
وملاك الرب ياتي اليه ويقويه ويعزيه
واجرى الله على يديه اياتًا عظامًا. ولما
تحير الامير فى عقابه وهو لا ينثنى عن
رايه المستقيم فكتب باخذ راسه: ثم
كفنوه اهل بيته وجعلوه فى مكان جيد
وكان يظهر من جسده ايات وعجايب لا
تحصا صلاته وشفاعته تكون معنا ۞
امين ۞

In

In hac die martyrium ſubiit Sanctus Collutus Medicus Anthinoenſis.

Hic Sanctus patrem habuit virum timentem Deum, ſimiliter etiam fuit mater eius (*fuit religioſa*). Et erat genitor eius praefectus Anthinoe, nec habebat filium; unde non ceſſabat Chriſtum rogare, quouſque ei conceſſit hunc Sanctum, eum itaque docuit ſcribere, & inſtruxit libris multis ex libris eccleſiae. Fuit vero purus a minoritate ſua (*ab ineunte ipſius aetate*), continens, devotus, orans multas orationes. Canonem habuit in ſua oratione, centum orationes (*fundere*) in nocte, & totidem (*ſimileſque*) in die. Cum aliquantulum adoleviſſet, parentes eius exquiſierunt illum coniugio ligare, at ipſe non fecit (*noluit conſentire*). Et fuit eis filia, quam obtinuerunt poſt Sanctum, hanc autem in coniugem dederunt Ariano, qui praefecturam poſt ipſum (*patrem Coluthi*) ſuſcepit; nam pater eius, cum ſenuit, a Rege petiit, eumque a praefectura exemit, eamque tradidit Ariano genero ipſius. Et cum e vita deceſſit pater eius, aedificavit (*Coluthus*) hoſpitium pro peregrinis. Deinde medicinae ſtuduit, factuſque eſt medicus, medebaturque abſque mercede. Cum perfidia Diocletiani confirmata fuit, eique aſſenſit Arianus ob praefecturam, & coepit tormentis afficere Martyres, Sanctus martyrium aſſequi propoſuit, & venit ad concilium (*curiam*), & conviciis laceſſivit Regem, & Arianum virum

ſoro-

ſororis ſuae, & idola eorum: nec potuit Arianus quidquam in eum agere propter ſororem eius; ſed in exſilium eum miſit ad Behneſam (*civitatem*). Manſit vero in carcere tribus annis, & miſit ſoror eius, eumque liberavit: deinde venit alius praefectus, qui cognita eius cauſſa miſit, ac coram ſe ſiſti praecepit, eique minatus eſt. Converſus vero non fuit ad minas eius (*non acquievit minis eius*); iratus proinde eſt (*praefectus*) valde, & eum cruciari iuſſit; & variis tormentis affectus fuit: & Angelus Domini veniebat ad ipſum, eumque corroborabat, & conſolabatur. Et patravit Deus per manus eius ſigna magna. Et cum miratus eſſet praefectus, quod cruciaretur, quin deflecteret a ſua recta ſententia, caput eius tolli iſſit: tum ſindone involverunt eum domeſtici eius, eumque collocarunt in loco optimo: & ex corpore eius apparebant ſigna, & miracula, quae numerari nequeunt. Oratio eius, & intercedio eius ſit nobiſcum, amen.

Ex duobus, quae adduximus, monumentis (quandoquidem Armenum, praeter iudicis nomen, cum Graeco Menologio, ex quo illud proceſſit, omnino conveniat) Synaxarii auctoritatem prae Menologii teſtimonio attendendam potiſſimum Copti arbitrantur. Menologium ſane, ſi collectionis tempus reſpiciatur, vetuſtius habendum eſt; at vero cum Synaxarium Copticum in Aegypto concinnatum, & in unum collectum fuerit ab Epiſcopo Aegyptio, haeretico tamen (quod utinam expurgatum publica luce aliquan-

aliquando donetur, ne tot praeclariſſimorum Martyrum nomina diutius quamplurimos lateant) tum res ſit de Aegyptio Martyre, ut plura nimirum ſuadent teſtimonia, tum evincit ipſum Coluthi *nomen, ab aliis geſtum, ac praeſertim a Colutho, ſive* Collutho, *ut ſcribit S. Epiphanius* (a), *Aegyptio haereſiarcha tempore Arii, a quo dicti* Colluthiani; *tum & a celebri Colutho Thebano Lycopolita, ſub Imp. Anaſtaſio florente, & auctore carminis heroici, cui titulus* Ἑλένης ἁρπαγή, Helenae raptus, *quod in Baſilianorum monachorum coenobio prope Hydruntum feliciter detexit Beſſarion Cardinalis Nicaenus* (b), *ac primus in publicum emiſit Aldus Manutius; illud facile conſequi videtur, ut quae in Aegypto litteris conſignata habentur, ad veritatem, & certitudinem magis accedere deberent tum quoad tempus, & diem,*

(a) *Adv. haereſes* lib. II. To. II. *haereſ.* LXIX. p. 728. Tom. I. *Oper.* Gr. Lat. Coloniae 1682. *Itaque*, inquit, *alii ad Arium adhaeſerunt, alii ad Colluthum, alii Carponae, alii Sarmatae partes tuebantur; & cum in ſua quiſque eccleſia alius aliquid interpretando proponeret: prout in unumquemque favore, ac laudatione propenſiores erant, alii Colluthianos, Arianos alii ſeſe nominabant. Quippe & Colluthus falſa quaedam ac depravata docuit: ſed eius ſecta diuturna non fuit; ſtatimque diſſipata eſt. Quod utinam & Arii furioſae illi ſectae, vel infidelitati potius, aut ſi mavis pravae fidei contigiſſet!*

(b) Vid. Comment. *de vita & rebus geſt. Beſſarionis Card. Nicaeni* cl. Aloyſii Bandinii pag. 18. Romae 1777.

& diem , tum quoad ceteras vitae , & martyrii circumſtantias . Compertum ſane eſt , quanta ſedulitate veteres recenſuerint illuſtrium virorum memorabilia , & acta Martyrum , qui pro Chriſti fide ſanguinem effuderunt (a) ; *quae quidem acta ad nos uſque tranſmiſſa id ipſum abunde teſtantur . Quapropter ita*

(a) Pontius Diaconus Carthaginenſis in prologo ad vitam S. Cypriani laudat ſtudium Chriſtianorum in iis naviter adnotandis , quae ad Sanctos Martyres pertinebant: *Cum maiores noſtri* , inquit , *plebeiis , & cathecumenis martyrium conſequutis tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederint , ut de paſſionibus eorum multa , aut prope dixerim pene cuncta conſcripſerint , ut ad noſtram quoque notitiam , qui nondum nati fuimus , pervenirent &c.* S. Gregorius Neocaeſarienſis , *Thaumaturgus* dictus, qui obiit circa an. CCLXV, teſte S. Gregorio Nyſſeno in eius vita , Decii perſecutione completa omnem regionem peragraſſe dicitur , ut in ſingulis locis Martyrum , qui in iis fuerant conſummati, feſta inſtitueret . Vide quae ad rem notavimus in inluſtratione *Vaticanae Confeſſionis* pag. 97. Romae 1776. De perſecutione vero Diocletiani haec memoriae prodidit Sulpicius Severus lib. II. *Hiſt. ſacr.* cap. 47: *Exſtant etiam mandatae litteris praeclarae eius temporis Martyrum paſſiones : quas connectendas non putavi , ne modum operis excederem* . Forſan intelligit eas , quas Euſebius hiſtoriae ſuae mandavit ; ille enim ſeparatim eas quoque edidit. Verum ad nos non pervenerunt . Utinam ad tam praeclaram conſervandam memoriam Sulpicius in ſuam hiſtoriam invexiſſet!

ita comparati ſint Copti, ut Synaxario Alexandrino maius auctoritatis momentum quoad Coluthum Martyrem Aegyptiacum tribuendum putent, dum interim obſervamus hoc ipſum Synaxarium quoad martyrii tempus cum Menologio Graecorum convenire. Contigit hoc ſane ingruente x. perſecutione, cuius initium exſtitit ab edicto, quod tulit Diocletianus Imp. anno CCCIII. *Nicomediae Bithyniae die* XXIII. perizii, *ſive februarii menſis. Diocletiani iniquo conſilio adhaeſit Maximianus Herculeus, & Galerius Maximianus, qui a Lactantio* (a) *praecipuus incentor perſecutionis habetur. Quapropter in Synaxario, Diocletiani, ſub quo Coluthus Martyr paſſus eſt, non Maximiani, ut in Menologio, nomen adnotatur; ſiquidem manifeſtiſſime pateat, anno* CCXCII., *degentibus Nicomediae Diocletiano, & Maximiano, ab ipſis ſalutatos fuiſſe Caeſares Conſtantium Clorum, & Galerium Maximianum, ac cum Romanum imperium in quatuor partes eſſet diſpeſcendum, Diocletianum ſibi reſervaſſe Syriam, Aegyptum, cum primum ab Achillei manibus erepta fuiſſet, ceteraſque orientis provincias, ducto ab ipſius Byzantii freto initio. Revera quidem Diocletianus anno* CCXCVI. *obſedit, & expugnavit Alexandriam, & an.* CCXCIX. *iam totam Aegyptum ſibi vindicaverat. Hinc Diocletianei imperii epocha novae aerae principium apud Coptos Aegyptios, & Aethiopes Abiſſinos exſtitit, quae dein* aera Aegyptiorum, *ac ſaepe etiam* aera gratiae, & miſericordiae, & a tran-

(a) *De mort. perſecut.* cap. XV.

ſitu Martyrum *dicta eſt. Licet re quidem vera Diocletianus non niſi ſeptembri menſe anni* CCLXXXIV. *Imperator electus fuerit, tamen aera, quae ab imperio ſuo inchoatur, a die* XXIX. *auguſti, ſive a prima menſis* thoth *anni* CCLXXXIV. *numerari coepta eſt. Cum enim fere univerſe haec, de qua ſermo eſt, aera apud Chriſtianos in Aegypto degentes obtinuiſſet, non aliter eam, quam a die* XXIX. *auguſti auſpicari iidem conſueverunt, a qua quinetiam omnes Aegyptiorum anni, qui dein certo ſtatuti ſunt, decurrere incipiebant. Licet enim perſecutio a Diocletiano, & ſociis ſuis in Chriſtianam religionem excitata haud ipſi Diocletianeae aerae ſuppar fuerit, quae nimirum poſtmodum, anno ſcilicet* CCCIIL, *proceſſerit; tamen aera Diocletianei imperii appellari quoque potuit* aera Martyrum, *ſiquidem eo renunciato Imperatore modo in hac, modo in illa provincia Chriſtianorum ſanguis effundi coeperit, quod profecto ſuadent Acta SS. Martyrum Claudii, Aſterii, & aliorum penes Ruinartium* (a), *qui nimirum in oriente, Aegeae ſcilicet in Cilicia, martyrium ſubierunt anno* CCLXXXV. Auguſto (*Diocletiano*), & Ariſtobulo Conſulibus; *tum Chronicon Paſchale* (b), *in quo ad an.* CCXCV. *legitur, quod* martyrium ſubiit Sanctus Menas, *qui fuit Martyr Aegyptius celeberrimus, in cuius honorem magnus Conſtantinus eccleſiam exſtruxiſſe CPoli dicitur apud Nice-*

(a) *Act. MM.* p. 336. edit. Veronae 1731.

(b) Pag. 275. edit. Pariſ. 1688.

Nicephorum : *donec tandem Chriſtiani ſanguinis effuſio paſſim obtinuit anno* XX. *aerae Diocletiani*, *ſi Gallias excipias*, *tum & Britanniam* (*ut vir doctus Iohan. Andreas Paternò Caſtellius Monachus Caſinenſis* (a) *contendit*), *quae provinciae cum obveniſſent Conſtantio Cloro Caeſari in Chriſtianos bene animato*, *perſecutio circa aedificia dumtaxat verſata eſt* (b); *dum interim facile ſivit in aliis locis*, *quibus ipſe imperabat*, *in Hiſpania nempe*, *& in Mauritania Tingitana*, *quae ad Hiſpaniam pertinebat*, *praefectos perſecutionis edicta*, *prout ipſis lubebat*, *exſecutioni mandare*. Vexabatur ergo, *ait Lactantius* (c), univerſa terra, & praeter Gallias, ab oriente uſque ad occaſum tres acerbiſſimae beſtiae ſaeviebant, *Diocletianus nempe*, *& duo Maximiani*. *Verumtamen fruſtra ſe extinxiſſe Chriſtianorum nomen gloriati ſunt* (d), *quin potius ex Martyrum ſanguine nova Chriſtianorum proles progigni*, *& amplificari viſa eſt*. *Recte ergo ad id ait Auguſtinus* (e) : Cum vidiſſent inimi-

(a) In not. ad Lactantium *de mortib. perſecut.* pag.54. Venetiis 1766.

(b) *Ne diſſentire*, inquit Lactantius *de mortib. perſecutor.* cap.xx. pag. 53. cit. edit., *a maiorum praeceptis videretur*, *conventicula*, *id eſt parietes*, *qui reſtitui poterant*, *dirui paſſus eſt*.

(c) Lactantius *de mortib. perſecutor.* cap. XXI. pag.53. & ſeq. cit. edit.

(d) Vid.opuſc. noſtrum *de Confeſſione Vaticana* pag.96. Romae 1776.

(e) In Pſalm. XC. ſerm. I. pag.966. & ſeq. Tom. IV. *Oper.* Pariſiis 1681.

ci, quod multi feſtinarent ad martyrium, & tanto plures crederent in Chriſtum, quanto plures patiebantur, dixerunt apud ſe: Nos occiſuri ſumus genus humanum; tot millia, quae credunt in hoc nomine, ſi occiderimus omnes, prope nullus in terra remanebit. *Incaſſum ſane hoc de ſe iactarunt Imperatores; quemadmodum & nequicquam ethnici ſibi ipſis in animum induxerunt, ope quorumdam carminum Graecorum, quae tamquam oracula in vulgum protulerant, quibus nempe Chriſtus uti cultum ſibi vindicaturus ſpatio* CCCLXV. *annorum ſolummodo protendebatur, Chriſtianaeque religionis finis indicebatur uno tempore imponendus, id ſe tandem conſequi poſſe, quod nequaquam cruciatuum, & ſupplicio-rum immanitate antea obtineri nequiverat* (a).

Ex

(a) Accipe, quae ad rem habet S. Auguſtinus lib. XVIII. *de civit. Dei* cap. 53. pag. 535. To. VII. *Oper.* Pariſiis 1685. *Cum enim viderent* [ethnici nempe] *nec tot tantiſque perſecutionibus eam* [Chriſtianam religionem] *potuiſſe conſumi, ſed his potius mira incrementa ſumpſiſſe, excogitaverunt neſcio quos verſus Graecos, tamquam conſulenti cuidam, divino oraculo effuſos, ubi Chriſtum quidem ab huius tamquam ſacrilegii crimine faciunt innocentem, Petrum autem maleficiis feciſſe ſubiungunt, ut coleretur Chriſti nomen per* CCCLXV. *annos, deinde completo memorato numero annorum, ſine mora ſumeret finem.* Verum ſtultae praedictioni contraria

Ex his ergo conſequitur , Sanctum Coluthum martyrio coronatum fuiſſe ſub Diocletiani imperio (a) ;

 quod

traria prorſus obveniſſe vidimus : & tantum abfuit religionem Chriſtianam deficiſſe , & Deorum cultum in priſtinum reſtitutum fuiſſe , ut quae reliqua eſſent templa ethnicorum diruta fuerint , quod Auguſtinus ipſe demonſtrat . Porro ad ſolamen ſuorum de iiſdem falſis oraculis ab ethnicis in Africa excogitari , & iactari ſolitis idem Auguſtinus haec alibi *in Pſalm. XL.* pag. 346. Tom. IV. *Oper.* Pariſ. 1682. habet: *Sedent pagani , & computant ſibi annos, audiunt fanaticos ſuos dicentes : Aliquando Chriſtiani non erunt , & idola illa coli habent , quemadmodum antea colebantur . Adhuc dicunt : Quando morietur , & peribit nomen eius . Bis victi , vel tertio ſapite : mortuus eſt Chriſtus , non periit nomen eius ; mortui ſunt Martyres , multiplicata eſt magis eccleſia , creſcit per omnes gentes nomen Chriſti : qui de morte ſua , & de reſurrectione ſua praedixit , qui de mortibus Martyrum ſuorum , & de corona praedixit , ipſe & de eccleſia ſua futura praedixit : ſi verum dixit bis , tertio mentitus eſt ?*

(a) Quam dira fuerit ſub Diocletiano perſecutio in Aegypto , prodit Ignatius Patriarcha Antiochenus a Scaligero conſultus, qui in quadam epiſtola Arabica, quam refert Athanaſius Kircherius in *Prodromo Copto , ſive Aegyptiaco* cap. II. pag. 25. Romae 1636. , ait , *hoc edicto* [Diocletiani nempe] *martyrio coronata ſunt fidelium terrae Coptae centum quadraginta quatuor millia . ſeptingenta autem in exſilium acta.* Sed quid-

quid

quod ſane martyrium, ex quo animam Deo reddidit, non ignis miniſterio paratum, ſed capitis truncatione abſolutum fuit; quod primum quidem in Menologio forte perperam legitur, poſterius vero multo veroſimilius in Synaxario traditur. Poſſet ſane ſecundum hoc martyrii genus colligi quinetiam ex paſſione XXXVII. Aegyptiorum Martyrum apud Ruinartium (b), ſi Col-

quid ſit de hoc Martyrum numero, illud certum, μυρίας, *ingentem numerum* Martyrum in Aegypto celebrari ab Euſebio *Hiſt. eccl.* lib. VIII. cap. 13., ubi, tum & in cap. 8. & 9. de Martyribus, qui in Aegypto, & in Thebaide ſub Diocletiano pro Salvatoris noſtri doctrina paſſi ſunt, copioſe pertractat. Idem in libro *de Martyribus Palaeſtinae* cap. XIII. aſſerit *innumerabiles in ſingulis provinciis Martyres* exſtitiſſe, *in Libya ſcilicet, & per univerſam Aegyptum, ac Syriam, omneſque provincias, quae ab oriente uſque ad tractum Illyrici quaquaverſum protenduntur*. Tandem Sulpicius Severus lib. II. *Hiſt. ſacr.* cap. 47. de acerbiſſima perſecutione Diocletiani, quae per decem continuos annos plebem Dei depopulata eſt, haec adnotat: *Qua tempeſtate, omnis fere ſacro Martyrum cruore orbis infectus eſt. Quippe certatim glorioſa in certamina ruebatur, multoque avidius tum martyria glorioſis mortibus quaerebantur, quam nunc Epiſcopatus pravis ambitionibus appetuntur. Nullis umquam magis bellis mundus exhauſtus eſt: neque maiore umquam triumpho vicimus, quam cum decem annorum ſtragibus vinci non potuimus.*

(a) *Act. MM.* p. 488. cit. edit. Exſtant quoque penes Bollandium ad diem XVIII. ianuarii.

ſi Collotus, *ſive etiam* Collultius, *ut alii codices habent, qui ibidem recenſetur, ad noſtrum traduci poſſet. Aſt vero, praeterquamquod omni carent temporis nota huiuſmodi Acta, id inſuper argui poſſe videtur*, Collotum, *cuius ibidem mentio habetur, diaconum, vel clericum cuiuſcumque alterius ordinis, non vero laicum, ut noſter erat, exſtitiſſe. Neminem vero latet, ſaepe contingere, ut martyres, ac ſancti viri homonymi in eccleſiaſticis diptychis occurrant. Synaxario ergo, multis ſane abſurdis referto, ſi quis nimium tribuat, alia etiam nobis innoteſcerent omnino peculiaria, quae S. Coluthi vitam pertingunt. Primum quidem ſunt in eo, quae prodant ipſum medicinam feciſſe, tum cetera, quae recte adnotata videntur, cum fragmento noſtro mire conveniant* (a). *Ceterum ille quoque* abſque mercede exercebat *medicam artem; ut ex Menologio Baſilii intelligimus* (b) *hac etiam ratione ſe geſſiſſe Coſmam, & Damianum, qui idcirco* Anargyri *dicti ſunt*: Tria ſunt SS. Anargyrorum paria, qui & iiſdem Coſmae, & Damiani

(a) Medicinam, ſed ſpiritualem toti Aegypto, imo univerſo orbi praebuiſſe, Antonium magnum Abbatem in Thebaide, affirmat S. Athanaſius in eius vita cap. XIX: *Et ut infinita brevi ſermone comprehendam, bonum Aegypto medicum Chriſtus indulſerat. Quis non triſtitiam apud Antonium mutavit in gaudium? quis non iram vertit in pacem? &c.*

(b) Tom. I. pag. 124. XVII. octobris.

miani nominibus appellati fuerunt, & medicinae artem tractaverunt, & Anargyrorum cognomen habuerunt. *Atque hoc ſane ab aliis viris ſanctitate claris factitatum quoque cognovimus. Si de patria nunc quaeratur, Graecorum quidem Menologium ipſum ex Thebaide facit, quod generale nimis eſt; aſt Synaxarium patriam eius fuiſſe Antinoem* (a) *luculenter indigitat, atque inſuper addit (etſi inveriſimile videatur) S. Coluthi patrem ibidem praeſidem egiſſe, atque ob ſenectutem mu-*

nus

(a) *Antinoe, Antinous, Antinopolis, Antinoia*, urbs primae Thebaidis, ut ex Chronico Victoris Tunnunenſis, poſt Coſ. Baſilii XIV. liquet, atque Epiſcopalis, ut adnotavit Aubertus Miraeus lib. I. *Notitiae epiſcopat.* cap. XI. De urbibus Thebaidis celebrioribus ita Ammianus Marcellinus lib. XXII. pag. 232. edit. Henrici Valeſii Pariſ. 1636: *Tres provincias*, inquit, *Aegyptus fertur habuiſſe temporibus priſcis, Aegyptum ipſam, & Thebaidem, & Libyam: quibus duas adiecit poſteritas, ab Aegypto Augustamnicam, & Pentapolim a Libya ſicciore diſſociatam. Igitur Thebais multas inter urbes clariores aliis Hermopolim habet, & Coptos, & Antinoon, quam Hadrianus in honorem Antinoi ephebi condidit ſui.* De quo legendi Spartianus in Hadriano, Caſſius Dio lib. LXIX., & Euſebius *in Chron.* Ab Hadriano dicta etiam *Hadrianopolis*; ſita in dextra Nili ad orientem ripa, media fere inter Babylonem, quae Cairus dicitur, & Copton, urbes noſtra quoque tempeſtate celebres.

nus dimisisse, quod Ariano eius genero, illi nempe qui S. Coluthum in exsilium dedit, non vero ad martyrium condemnavit, ut habent superius relata Graeca, & Armena monumenta, ab Imperatore dein fuit collatum. Ceterum in Syrorum Calendario ad diem xx. mensis maii, qui iiar *apud ipsos audit, ita notatum patriae nomen habemus* (a): ܣܗܕܘܬܗ ܕܡܪܝ ܟܘܠܘܬܣ ܚܟܝܡܐ ܕܡܢ ܐܬܪܝܢ. Martyrium Mar Colutos sapientis ex Atssena; *nempe* ex Antinoe; *cuius nomen, ut frequenter accidit in versionibus propriorum nominum ex una lingua in alteram, corruptum prorsus in allato Calendario habetur. Celebris evasit haec civitas, utpote quae facta est metropolis civilis Thebaidis, cum antea hoc honore potiretur Lycopolis. Tandem ex Synaxario, si eidem fidere liceret, locus deprehendi posset, in quo S. Coluthus ante martyrii palmam trium annorum spatio carcere detentus fuit ob Iesu Christi fidem, quam profitebatur; siquidem id evenisse dicitur in* Benhesae *civitate* (b). *Sed iam plura de hoc argumento prosequendi nobis otium faciunt illustratoris*

(a) Exstat ad calcem Codicis ms. Officii Syrorum signat. n.xxi. G. 36. Romae in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide.

(b) Nota aliud Synaxarii mendum, cum Benhesa, seu Oxyrynchus, quod antiquum eius nomen est, haud pertineret ad praefecturam Thebaidis.

ris eruditiſſimi monitum, ὑπόθεσις, *& adnotationes, quae ſequuntur, & ad quas lectores noſtros amandamus.*



CL.

CL. VIRI
AUGUSTINI ANTONII GEORGII
EREMITAE AUGUSTINIANI
MONITUM
IN FRAGMENTUM
ACTORUM COPTICORUM
S. COLUTHI MARTYRIS.

DUO tantummodo ſunt miracula, quae nobis ex actis S. Coluthi Martyris quinto, uti iure credimus, eccleſiae ſaeculo ſcriptis Aegyptiacum hocce fragmentum forte fortuna ſervavit. Sed o utinam, quam potiorem, eamdem & integram utriuſque prodi-

prodigii conſervaſſet hiſtoriam! Non eam modo de ingenioli noſtri coniecturis cogeremur ſupplere; uſque adeo miſere illa diſcerpta, & mutilata in manus noſtras pervenit. Nam primi miraculi narratio toto caret exordio, eoque omni apparatu rerum, quo caecitatis vitium, nonniſi divino prodigio tollendum ſtatui in anteceſſum, ſcirique neceſſario deberet: alterius vero deſcriptio in ima ſui parte, atque in iis maxime, quae mirificam aegri ſanationem & comitata, & conſecuta ſunt, imminuta prorſus, & obtruncata iacet. Nunc autem, ſi, quae hactenus commemoravimus huius hiſtoriae damna diligentia noſtra compenſare licebit, faciam, ut ſtatuarii ſolent. Ii namque in mutilis ſimulacris redintegrandis nova quidem ſive capita, ſive alia quaevis membra, ſed quae & abſciſſorum ſimilia videri, & cum reliquis ſimul partibus naturalem concentum ſervare poſſint, eorum truncis inſerere, & agglutinare ſtudent. Sic & ego efficere conabor, ut quicquid novi, ad ea, quae hiſto-

hiſtoricae narrationi in hoc noſtro fragmento deſunt, ſupplenda, de meo addidero, aptius, quoad fieri poterit, atque concinnius cum cetero corpore cohaereat. Age igitur & tu quiſquis es, qui haec noſtra legeris, accipe exordium, aut potius, dum ita velis, *argumentum*, quale in exſectis amiſſiſque Aegyptiaci codicis tabulis priori miraculo fuiſſe coniicimus.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

VIR Aegyptius immani, atque diuturno oculorum vitio laborans caecus infelix evaſerat. Artis, & naturae remediis fruſtra tentatis cogitationes ſuas ad caeleſtia convertere coepit. Itaque commotus fama miraculorum, quae Deus ad S. Coluthi *martyrium* operari conſueverat, eo ſe a *domeſticis* ſuis adduci voluit priſtini viſus gratiam imploraturus. Ibi interea verſanti, & coram Thaumaturgo, & auſpice ſuo beatiſſimo *Colutho* vota preceſque pro re tanta fundenti, idem ipſe S. Martyr in viſione repente apparuit; & qua demum certa, mirabilique ratione optatam ei medelam allaturus de caelo eſſet, ſingillatim manifeſtavit. Iuſſit ut oculos perfunderet lacte, quod mulier, ſibi quidem ignota, ſed probe nota Deo, ſuppeditaſſet. Et ne quicquam de felici, certoque eventu dubitatet, eumdem monuit, ut uni illi praenunciatae mulieri curam omnem

omnem moderandae, & dirigendae medelae relinqueret; neque enim fieri poſſe edixit, ut, quae tota ſummi ſoſpitatoris inſtinctu, atque imperio ducenda, & gubernanda eſſet, in ſtatuti operis directione erraret. At hominem ſtatim atque ab ecſtaſi ad ſe rediit, nonnihil fortaſſe turbarunt, implicaruntque inopinata nomina *mulieris*, & *lactis*, quae eum in varias ſubinde ſuſpicionum ambages de veracitate dignitateque viſionis facile coniicere potuerunt. Nam & ad voces Angeli, qui deſperatae ſterilitati, & effoetae ſenectuti filium nuntiarat, Sara riſit, & Zacharias ſacerdos primum dubitavit. Deus tamen, qui ad omnipotentiae ſuae, & ad Martyrum ſuorum gloriam multis & miris modis ubi, & quando vult, utitur creaturis ſuis, quique, ut ait Apoſtolus, ſtulta & infirma mundi eligit, ut confundat ſapientes, oraculi fidem dubitanti caeco perſuadere novit. Hinc ille ad hiſtoriam omnem *viſionis* famulis ſuis, aliiſque convennis, qui magno numero ad S. Martyris

memo-

memoriam acceſſerant, libere, palamque narrandam progreſſus mox eſt : eamque narrando novis veluti ſupernae lucis radiis, igniculiſque accenſus, ad S. Coluthi iuſſa exſequenda ſe magis, magiſque incitari, inflammarique ſenſit. Ecce, quam in primi miraculi narratione deperditae hiſtoriae partem hucuſque ſupplendam exiſtimavimus. Reliquam exordientem a poſtremis verbis S. Coluthi, quae ſibi dicta in coronide viſionis caecus ipſe retulit, prima fronte dabit noſtrum hocce fragmentum ex reſidua amiſſi Codicis pag. 229.

ACTA

ACTA COPTICA
S. COLUTHI MARTYRIS.

MIRACULUM I.

Ϯⲛⲁⲕ ⲙ̀ⲡⲧⲁⲗϭⲟ ⲉ̀ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ: ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲅϩⲟⲥⲉ ⲁⲛ ⲉ̀ⲧⲣⲉⲕϩⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲛ̀ [1]. Ⲡⲉϫⲉ ⲡ̀ⲣⲱⲙⲉ ϫⲉ ϯⲟⲩⲱϣ ⲉ̀ϩⲉ ⲉⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛ̀ϩⲁⲕ [2] ⲧⲁϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡϩⲱⲃ ⲛ̀ⲧⲁⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ [3] ϩⲟⲛ̀ϥ ⲉ̀ⲧⲟⲟⲧ. Ⲡⲉϫⲉ ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁⲙⲉϩ ⲛ̀ⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲉⲣⲱⲧⲉ ϩⲛ̀ ⲛⲁⲉ̀ⲕⲓⲃⲉ [4]. Ⲡⲉϫⲉ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ⲛⲁⲥ ⲡⲉⲧⲉⲣⲉ ⲛⲉϥ ⲃⲁⲗ

MIRACULUM I.

VERSIO.

Tibi dabo sanitatem oculorum tuorum : & difficultas non faciet eam tibi deficere in directione. Dixit homo : volo invenire mulierem puerperam, ut perficiam opus, quod a Sancto Colutho iussum est mihi. Dixit mulier : ego implebo oculos tuos lacte ex uberibus meis. Dixit autem ad eam vir ille, cuius ocu-

ϣⲱⲛⲉ ϫⲉ ⲁⲣⲓⲧⲁⲅⲁⲡⲏ 5 ⲛⲙ̀ⲙⲁⲓ
ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲧⲉ ⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲁϩⲓⲥⲉ
ⲙⲛ̀ⲧⲁⲑⲗⲓⲯⲓⲥ.

Ⲡⲉϫⲉ ⲡⲉⲥϩⲁⲓ ⲛⲁⲥ ϩⲛ̀ ⲟⲩ
ⲙⲛ̀ⲧⲁⲧⲛⲁϩⲧⲉ ϫⲉ ϩⲙⲟⲟⲥ
ⲛⲉ ⲙⲡⲣ̀ⲣ̀ ⲡⲁⲓ 6 ⲙⲏⲡⲟⲧⲉ ⲛ̀ⲥⲉⲧ//
ⲙ̀ⲗⲟ 7 ⲉⲩⲥⲱⲃⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲓ. Ⲡⲉϫⲁⲥ
ϫⲉ ⲉⲩⲛⲁⲥⲱⲃⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲓ ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ.
Ⲁⲛⲟⲕ ⲅⲁⲣ ϩⲓⲧⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛ̀
ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲥⲃⲱ
ⲛ̀ⲛⲁⲉⲓⲟⲧⲉ ϯⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ 8 ϫⲉ ⲉⲓ//
ϣⲁⲛ ⲙⲉϩ ⲛⲉϥⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲉⲣⲱⲧⲉ
ϩⲛ̀ⲛⲁⲉⲕⲓⲃⲉ ϥⲛⲁⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓ//
ⲧⲛ ⲩϭⲟⲙ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟ//
ⲗⲟⲩⲑⲟⲥ. Ⲡⲉϫⲁⲥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲙⲏ//
ⲡⲟⲧⲉ

oculi erant infirmi : fac caritatem mecum : ecce vides cruciatum meum, & afflictionem meam.

Dixit illius maritus ad ipsam : in incredulitate quia manens erat, ne hoc facito, ne forte detrectatores deriserint te. Dixit illa : deriserint me? quare? Ego enim per fidem nobilitatis meae, & doctrinam Patrum meorum credo, quod si implevero illius oculos lacte ex uberibus meis, ille videbit per virtutem *Sancti Coluthi* : dicens ei : an aliquando viderunt

ⲡⲟⲧⲉ ⲁⲛ ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲓ ⲉⲓ̀ⲥⲱ//
ⲃⲉ ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲟ ⲛ̀ⲣⲙ̀ⲣⲁϣ ⁹ ⲁⲩⲱ ⲁⲩ//
ϫⲟⲟⲥ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲩϩⲏⲧ ϫⲉ ⲁ̀ⲣⲱⲙⲉ
ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲉⲓ ⲛⲙ̀ ⲙⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲃⲟⲗ ⲛ̀//
ⲧⲕ̀ ⲥⲓⲛⲱⲛⲓⲁ ⲙ̀ⲡⲁϩⲁⲓ. Ⲉⲓⲥ
ϩⲏⲏ̀ⲧⲉ ϯⲣ̀ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ⲛⲏⲧⲛ̀ ⲙ̀//
ⲡⲟⲟⲩ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉ̀//
ⲣⲟⲓ ⲉⲓⲱⲣⲕ ⲛⲏⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ
Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀
ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲛ̀ϩⲓⲥⲉ ⲛ̀ⲧⲁ//
ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ϣⲟⲡⲟⲩ ϩⲓⲡⲉⲥⲧⲁⲩⲣⲟ̀ⲥ ¹⁰
ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲓ ⲕⲟⲓ̀ⲛⲱⲛⲉⲓ ⲙⲛ̀ ⲣⲱⲙⲉ
ϫⲓⲛϯⲁⲓ: ⲉⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ϩⲏⲧⲥ
ⲉ̀ⲛⲧⲁⲙⲁⲁⲩ ⲛ̀ⲥⲁ ⲡⲁϩⲁⲓ ⲙ̀//

runt me homines deridendam? aut fui voluptuosa, aut dixerunt in corde suo, quod homo communionem habuit mecum praeter tui, mariti mei, consuetudinem? Ecce testor vobis hodie, quotquot estis qui me auditis: iuro vobis per Sanctum Coluthum, & per oblationem christianorum, & per cruciatus, quos Christus passus est in cruce, quod communionem non habui cum homine ex quo fui nuptui tradita. Veni ab utero matris meae ad maritum meum solum.

folum. Et quando cæpo mea tacta eſt a viro alieno? Nonne Dominus exaudivit me videns neceſſitatem meam?

Et ſic accepto lacte ſuo implevit oculos hominis: & ſic dicebat:

In nomine virtutis Sancti Columbæ medici veri: & ſic oculi ejus cito-dorunt aquas, & hæc deſluxerunt multum.

Inter hæc autem ſtatim eos apparuit dicens: credo tibi Sancte Columbe

ⲃⲟⲗ ⲉ̀ⲛⲉϥⲣⲱⲙⲉ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ 14
ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲉⲓⲉⲣϩⲉ.

Ⲡⲉϫⲉ Ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲁⲩⲉⲓⲥ ⲧⲁⲙⲁϩⲟⲩ ⲛ̀ⲕⲉⲥⲟⲡ: ⲡⲣⲱ//
ⲙⲉ ⲇⲉ ⲁϥⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ⲉϥϫⲱ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲉⲣⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲁϩⲁ//
ⲣⲉϩ ⲉ̀ⲣⲟ ϣⲁⲛ ⲧⲉⲃⲱⲕⲉ ⲛⲉϥ//
ϭⲓϫ. ⲛ̀ⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲥⲙⲉϩ ⲛⲉϥ//
ⲃⲁⲗ ⲙ̀ⲡⲙⲉϩ ⲥⲟⲡ ⲥⲛⲁⲩ ⲁⲩ//
ⲧⲁⲩ ⲉ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ 15 ⲉ̀ⲡⲉϩⲟⲩⲟ.

Ⲙ̀ⲛⲛⲥⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲁϥⲟ//
ⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ. ⲁϥϭⲱϣⲧ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲁ
ⲙⲏ̀ 16 ⲡⲁⲓ̀ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲁ̀ⲗⲏⲑⲱⲥ
ⲁⲓⲉⲓⲱⲣϩ 17 ⲙ̀ⲡⲉⲓⲥⲟⲡ ⲕⲁⲗⲱⲥ.

luthe : & eodem tempore exclamavit ad homines suos dicens : ecce visum recepi, ita ut parumper discernam.

Dixit mulier ad eum : sine ut eos impleam alia vice. At homo benedixit ei dicens : Dominus conservabit te quousque pertigerint manus eius. Illa vero ut implevit oculos eius secundo, aquam hi emiserunt copiosius.

Paullo post iterum eos aperuit ; respexit huc & illuc dicens : vere video hac vice bene.

Rursus

Ⲙⲛ̀ⲛⲥⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲡⲉϫⲉ
ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ ϫⲉ ⲁⲩⲉⲓⲥ
ⲧⲁⲙⲁϩⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲕⲉ ⲥⲟⲡ ⲁⲩⲱϯ//
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ϫⲉ ⲡⲧⲁⲗϭⲟ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ
ⲛⲁⲕ. ⲛ̀ⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲥⲥⲫⲣⲁⲅⲓ//
ⲍⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲱⲙⲁ ϯⲏⲣϥⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲉ//
ⲕⲓⲃⲉ ϩⲙ̀ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲭⲥ ⲙⲛ̀ ⲡⲙ//
ⲁⲉⲓⲛ ⲙⲡⲉⲥϯⲁⲩⲣⲟ̀ⲥ [18]. ⲁⲥⲙⲉϩ
ⲛⲉϥⲃⲁⲗ ϩⲛ̀ ⲧⲉⲥⲉ̀ⲣⲱⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲙⲉϩ
ϣⲟⲙⲛ̀ⲧ ⲛ̀ⲥⲟⲡ ⲉⲥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲛⲟ̀ⲩⲧⲉ ⲙⲛ̀
ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟ̀ⲥ [19]. ⲡⲉϫⲁⲥ
ⲇⲉ ⲛⲁϥ ⲛ̀ϭⲓⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ϫⲉ ϣⲧⲁⲙ
ⲛ̀ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ [20] ⲁⲩⲱ ⲡⲉϩ//
ⲙⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙⲛ̀ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ
Ⲕⲟ//

Rursus post paullulum dixit mulier ad hominem illum: sine ut eos impleam alia etiam vice; etenim credo, quod sanitas erit tibi. Ipsa porro signavit corpus suum omne, & ubera sua in nomine Christi, signaculo crucis: implevit oculos eius lacte tertia vice dicens: in nomine Dei, & Sancti Coluthi. Dixitque illi deinde mulier: claude oculos tuos parumper. & gratia Dei, & S. Coluthi sit tibi. Eadem

autem

Κολουθος ⲛⲁϣⲟⲡⲉ ⲛⲁⲕ. ⲛ̀ⲧⲟⲥ
ⲇⲉ ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛ̀ⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛⲉⲥ//
ⲧⲁϫⲣⲏⲩ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ 21 ⲉ̀ⲙⲁ
ⲧⲉ. ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ ⲁⲥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲧⲁⲗϭⲟ
ⲛ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲛⲁϥ ϣⲏⲙϣⲏⲙ 22.
ⲙ̀ⲛ̀ⲛⲥⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲇⲉ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀//
ⲙⲟⲟⲩ ⲁⲩϯ ⲛ̀ⲟⲩⲁϣⲏ ⲛ̀ⲣⲙ̀ⲉⲓⲏ 23
ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲟⲩⲟ//
ⲉⲓⲛ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲉ̀ 24 ⲙⲛ̀ ⲟⲩϫⲱⲕ.

Ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ϩⲛ̀
ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ⲣⲁϣⲉ ⲁϥⲃⲱⲕ ⲁϥⲉⲓⲁ
ⲡⲉϥϩⲟ ϩⲙ̀ ⲡⲗⲟⲩⲧⲏⲣ ⲁⲩⲱ ⲛⲉ//
ϥϫⲓϣⲕⲁⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲕ̀ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲉⲕϩⲁ ⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲡⲛⲟ//
ⲩⲧⲉ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Κολουθος 25

autem ingenua femina in fide, summopere confirmata est, quoniam vidit sanitatem, quae facta fuerat illi (homini) sensim. Post paullulum eos aperuit: adfuerunt nocte domestici: eoque tempore vidit lucem vere, atque perfecte.

Homo vero ille surgens in magno gaudio, ambulavit, lavit faciem suam in pelvi, & exclamabat dicens: tu magnus es, tibi gloriam defero, o Deus Sancti Coluthi.

ϫⲉ ⲁⲓⲙ̀ⲡϣⲁ ⲉⲧⲣⲉⲕⲭⲁⲣⲓⲍⲉ ⲛⲁⲓ
ⲙ̀ⲡⲟⲩⲟ̀ⲉⲓⲛ ⲛ̀ⲑⲉ [26] ⲛ̀ⲧⲁⲁⲣⲭⲏ.
ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧ ϩⲙ̀
ⲡⲙⲁⲣⲧⲏⲣⲓⲟⲛ [27] ⲛⲉⲧⲛⲏⲩ ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ
ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲧⲃⲏⲕⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁⲩⲉⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲁⲩⲑⲉⲱⲣⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϥⲣⲁϣⲉ ⲉ̀ⲙⲁ//
ⲧⲉ ϫⲉ ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ.

Ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ϩⲱⲱϥ ⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁ//
ϥⲙⲉⲉⲩⲉ̀ ⲉ̀ⲡⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉϥⲥϩⲓ//
ⲙⲉ [28]. ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲁϥⲉⲝⲟⲙⲟ//
ⲗⲟⲅⲉⲓ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ
ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ. Ϫⲉ ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ
ⲁⲓⲟⲩϫⲁⲓ ϩⲙ̀ ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ ⲙⲛ̀
ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ϫⲉ ⲁⲓⲙ̀ⲡϣⲁ ⲛ̀ⲉⲓ ⲉ̀ⲡⲉ//
ⲕⲧⲟ//

thi, quia factus sum dignus ut gratiam mihi concederes luminis, quemadmodum mihi erat in initio. Et omnes homines, qui in martyrium ingressi erant cum iis qui exiverant, venerunt universi: eumque contemplati sunt gaudentem vehementer, quod hoc lumen aspiceret.

Verum & homo ille, qui consideravit malum, quod fecit mulieri suae, magnificans (eam) confessus est S. Colutho dicens: ecce sanatus sum in corpore, & in

ⲕⲧⲟⲡⲟⲥ. Ⲛⲉⲓⲟⲩⲉ ϩⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲥ//
ϩⲓⲙⲉ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ 29 ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲣⲱ//
ⲙⲉ ⲁⲩⲉⲓ ⲉⲩⲣⲁϣⲉ ⲉⲩⲥⲙⲟⲩ. ⲁⲩⲱ
ⲉⲩϯⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲉⲩϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ. Ϫⲉ
ⲧⲉⲥⲙⲁⲙⲁⲁⲧ ⲛ̀ⲧⲟ ϩⲛ̀ ⲛⲉϩⲓⲟⲙⲉ
ⲱ ⲧⲉⲏⲥⲱⲛⲉ ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲛϣⲉⲉⲣⲉ ϫⲉ
ⲁⲣϫⲓ ⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ ϩⲛ̀ ϯⲙⲏⲧⲉ
ⲛ̀ⲟⲩⲙⲏⲏϣⲉⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁⲣϯϣⲓⲡⲉ
ⲛ̀ϩⲁϩ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ϩⲓ ⲥϩⲓⲙⲉ ϩⲓⲧⲛ̀
ϯⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ. ⲁ̀ϩⲁϩ ⲅⲁⲣ
ⲙⲉⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟ̀ⲱ 30 ⲧⲉⲛϣⲉⲉⲣⲉ ⲉϩⲉ
ⲛ̀ ⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲉⲩ//
ⲅⲉⲛⲏⲥ ⲙⲛ̀ ϯⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲣⲙ̀ⲣⲁϣ 31
ⲙⲛ̀ ⲧⲟⲩϭⲓⲛ̀ϣⲁϫⲉ ⲉϯϩⲟ̀ⲗϭ.
Ⲧⲉ//

& in anima mea; quia factus sum dignus venire ad locum hunc tuum. Parentes quoque mulieris cum eius fratribus, eiusque hominibus venerunt gaudentes, benedicentes, & glorificantes dicebant: Benedicta tu inter mulieres, o soror nostra, & filia nostra, quia gloriam hodie accepisti in medio multorum, ex quo confudisti multitudinem hominum, atque mulierum per nobilitatem tuam. Multitudo enim putavit te, o filia nostra, deprehendere in malo propter nobilitatem generis, & comitatem, atque suavi loquentiam.

Hoc

Ϯⲉⲛⲟⲩ ϭⲉ ⲁ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟ//
ⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ
ⲛ̀ⲧⲟⲩⲛⲟϭ ⲙ̀ⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ 32 ϩⲓ//
ⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲛⲟϭ ⲛ̀ⲧⲁⲗϭⲟ ⲉ̀ⲧϥⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀//
ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ 33 ⲉⲧⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ
ⲉⲣⲟϥ.

Ⲙⲛ̀ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲁ̀ⲡⲟⲩⲁⲡⲟⲩⲁ̀ ⲉⲓ//
ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥ ⲉ̀ⲣⲏⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϩⲙ̀
ⲡⲉϥⲏⲓ 34 ⲁⲩⲧⲁⲁⲩⲉ ⲙ̀ⲡⲙⲁⲣⲧⲏ//
ⲣⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ.
Ⲁⲩⲟⲩⲱⲙ ⲁⲩⲥⲱ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲧⲟ//
ⲡⲟⲥ 35. ⲁⲩⲃⲱⲕ ⲉ̀ⲡⲉⲩⲏⲓ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲉⲓ//
ⲣⲏⲛⲏ ⲉⲩϯⲉⲟ̀ⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩϯⲉ ⲙⲛ̀
ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ.

MIRA-

Hoc tempore Sanctus Coluthus manifestavit gloriam magnitudinis, & nobilitatis suae per magnitudinem sanationum, quas fecit illis, qui infirmi erant, & qui crediderunt ei.

Post haec unusquisque abiit cum eo in domum suam. Honorarunt martyrium Sancti Coluthi: manducarunt, biberunt in ipsius loco, & rediere domum dantes gloriam Deo, & Sancto Colutho.

MIRA-

MIRACULUM II.

Ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲟⲛ ⲉ̀ⲕⲉⲛⲟϭ ⲛ̀ϣⲡⲏⲣⲉ
ⲛ̀ϯⲁⲥϣⲱⲡⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ
ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ. Ⲁⲩⲉ//
ⲓⲛⲉ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ [1] ⲉϥⲥⲏϭ
ⲉ̀ⲙⲛ̀ϭⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉ̀ⲙⲟⲟϣⲉ ⲉ̀ϫⲛ̀
ⲛⲉϥⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ ⲉ̀ⲡⲧⲏⲣϥ. Ⲁⲩⲱ
ⲛⲉϥϭⲓϫ ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲡ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁϥ//
ⲥⲱϣ ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥ//
ⲱⲙⲁ ϩⲙ̀ ⲡⲕⲁ̀ϩ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛⲛⲉⲓϣⲏⲣⲉ
ⲕⲟⲩⲓ ⲉⲩⲥⲩⲗⲁ [2] ϩⲙ̀ⲡⲕⲁϩ ⲁⲩ//
ⲕⲁⲁϥ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉⲧⲟ//
ⲩⲁ̀ⲁⲃ. ⲛⲉⲁϥⲱⲥⲕ̀ ⲇⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲙⲁⲣ//
ⲧⲏⲣⲓⲟⲛ

MIRACULUM II.

VERSIO.

Audite quoque magnum aliud miraculum, quod factum est per S. Coluthum. Adductus porro est & homo mutilus non habens vim ambulandi super pedibus suis omnino: erantque manus eius aridae simul: non equidem gressum extulit, sed incedebat trahendo corpus per humum, quemadmodum eunt filii parvuli raptantes se super terram: dimissusque est in illius loco sancto. Erat autem iacens in martyrio deprecans Deum, interpel-

ⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉϥⲥⲟⲡⲥ̀ 3 ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲉϥⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ 4 ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ
Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲧⲁⲗϭⲟ ⲙ̀//
ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉ̀ⲣⲉ ⲟⲩⲑⲉ//
ⲣⲁⲛⲓⲁ ϣⲱⲡⲉ ⲛⲁϥ . ⲁⲩⲱ ⲛⲉϥⲁ̀//
ϣⲁϩⲟⲙ ⲙⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲩϣⲏ.
ⲛⲉϣⲁϥⲣⲓⲙⲉ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̀ϩⲁϩ ⲛ̀ⲥⲟⲡ.
Ⲉϥϫⲱ ⲛ̀ϩⲉⲛⲛⲟϭ ⲛ̀ⲉⲙⲕⲁϩ ⲛ̀ϩⲏⲧ
ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲃⲟⲏⲑⲉⲓ ⲉ̀ⲣⲟⲓ
ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲗϭⲟ. ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ
ⲛ̀ⲧⲁⲓ ⲡⲱⲧ ⲉⲣⲁⲧⲕ̀ ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ
ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲕⲙⲁⲣⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ
ⲉⲧⲣⲉⲕϣⲁⲛ ϩⲧⲏⲕ ⲉϫⲛ̀ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲉ
ⲃⲓⲏⲛ 5. Ⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲉ//
ⲙⲟⲕϩ ⲛ̀ϩⲏⲧⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ
ⲉ̀ⲃⲟⲗ

terpellans S. Coluthum propter sanitatem corporis sui, ut ei fieret sanatio. Et ingemiscebat die ac nocte plorans etiam multoties: vociferans in magnis angoribus animi dicebat: adiuva me medice sanator; ob id enim confugio ad te, domine mi, & ad tuum hocce martyrium sanctum, ut miserearis vilitatis meae. Homines vero

ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲛⲉϥϫⲱ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲏⲏ̀ ϣⲉ
ⲛⲙ̀ⲕⲁϩ ⲛ̀ϩⲏⲩ.

Ⲙ̀ⲛⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁϥϣ//
ⲁⲛ ϩⲩⲏϥϩⲁⲣⲟϥ ⲛ̀ϭⲓ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ
Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ ⲛ̀ⲣⲉϥ//
ⲧⲁⲗϭⲟ. ⲁϥⲉⲓ ϣⲁⲣⲟϥ ϩⲛ̀ ⲟⲩ//
ϩⲟⲣⲟⲙⲁ 6 ⲛ̀ⲧⲉⲩϣⲏ ⲁϥⲁ̀ϩⲉⲣⲁ//
ⲧϥ ϩⲓϫⲱϥ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲁⲕⲥⲟⲩⲱⲛⲧ 7 ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉ
ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ 8. ⲛ̀ⲧⲕ̀ ⲛⲓⲙ ⲛ̀ⲧⲓϩⲉ ⲉ̀ⲣⲉ
ⲡⲓⲛⲟϭ ⲛ̀ⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲕⲱⲧⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲕ. ⲡⲉ//
ϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϩⲙ̀ ⲡϩⲟⲣⲱⲙⲁ ϫⲉ
ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲡⲉ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ 9 ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ.
ⲁⲩⲱ ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲓⲙ ⲉⲩⲛ̀ⲧϥ ⲡⲓⲥⲧⲓⲥ
ⲙ̀ⲙⲁⲩ

vero omnes affligebantur vehementer propter eum clamantes: vere cruciatur.

Post haec autem omnia misertus est illius S. Coluthus medicus sanationum effector. Venit ad eum in visione noctis: stetit super eum, dixitque illi: nostin me? Respondit ei: non, domine mi: tu quis es, qui inveniris magnitudine gloriae circumdatus. Dixit ei in visione: ego sum Coluthus medicus, & homines quosque habentes fidem sano omnes gratis, & nullius

ⲙ̀ⲙⲁⲩ ϣⲁⲓⲧⲁⲗϭⲟⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲛ
ϫⲓⲛϫⲏ. Ⲁⲩⲱ ⲙⲉⲓ̀ ϫⲓⲃⲉⲕⲉ ⲛ̀
ⲧⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲧⲏⲣϥ. ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲛⲁϫⲟⲉⲓⲥ ⲙⲁⲣⲉⲡⲉⲕⲛⲁ
ⲧⲁϩⲟⲓ ϫⲉ ϯϩⲏϣ ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ. Ⲡⲉϫⲉ
ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ ϩⲙ̀ ⲡϩⲟⲣⲱⲙⲁ
ϫⲉ ϣⲟⲣⲡ̀ⲕⲉ̀ϩ ⲧⲟⲟⲩⲉ ⲛ̀ⲅⲙⲟⲟϣⲉ
ϩⲛ̀ ⲛⲉⲕϭⲓϫ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲕⲟⲩⲉ̀ⲣⲏⲧⲉ ⲛ̀ⲅ
ⲃⲱⲕ 10 ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ. ⲁⲩⲱ
ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲏ̀ ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲉ̀ⲩⲕ̀ ⲛⲁⲁ̀
ⲡⲁⲛⲧⲁ̀ ⲉ̀ⲣⲟⲟⲩ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ
ⲁ̀ϫⲓⲥ ⲉ̀ⲣⲟⲟⲩ ϫⲉ ⲁϣ ⲡⲉ ⲡⲏⲓ 11 ⲙ̀
Ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ ⲩⲡⲟⲣⲛⲏ. ⲙⲁⲣⲟⲩⲧⲥⲁ
ⲃⲟⲕ ⲉ̀ⲣⲟϥ. ⲁⲩⲱ ⲉⲩϣⲁⲛ ϫⲛⲟⲩⲕ
ϫⲉ ⲉⲕⲣⲟⲩ̀ ⲛⲁⲥ. ⲁϫⲓⲥ ⲉⲣⲟⲟⲩ ϫⲉ
ⲉ̀ⲓ

lius omnino mercedem accipere cupio. Dixit illi: domine mi, misericordia tua complectatur me, quoniam ego in angoribus sum nimis. Dixit ei S. Coluthus in visione: surge tu diluculo ambula manibus, pedibusque tuis, & ingredere civitatem: & homini, aut mulieri occurrentibus tibi in civitate dic eis: quaenam est domus Mariae fornicariae? Illi eam tibi indicent. Et si te interrogaverint: quare?

ειδοως ερτεσμη ηεαας τα//
τηας αηεcδεκε [12]. Ιηιρρερ//
τε αγω ληρωηε. Οηοτηοδ
τ&p ηγωρεδ αη οτηοδ ηερρο
ηγωηε ητεcρωε ετωωατ
ε&οδ ρητουτκ [13]. αγω cηαγω
ηcωc ητεcηλαηη . ηcωωηε
ηετ'εηηc ητεκ δφορρη εχωαη
cωτκ ζε ηca κηοτχαι . . .

quare? die illis: volo nodem- illi per te. Deferet turpitudinem
cum ea tranſigere: dabo el mer- erroris ſui: hæc illuſtris tua hæc
cedem ſuam. Ne timeas, & ne occaſione, quam audiverit mulieri-
verecundetis; magnum enim do- cordiam ſanationis tuæ . . . .

indixiſſet, praeſtandam, ut illius ſe fidei, conſiliiſque tuto, confidenterque committeret, ſic hominem clientem ſuum, quemadmodum κατὰ χράμμα interpretati ſumus, affatur; *Et difficultas non faciet eam tibi deficere in directione*. Quae enim miracula, & beneficia per ſervos ſuos praedicit, & pollicetur Deus, ea certiſſime futura ſunt, nec ullo umquam hominum errore, aut impedimento intercipi queunt. Atque huic noſtrae interpretationi Aegyptiaca ipſa verba apte prorſus, accurateque reſpondent. Vocem Thabennenſium, ſive Sahidarum dialecto, quae caret aſpirata ϧ, & ϫ ſaepiſſime vertit in ϩ, idem eſt ac ϧⲟⲥϫ Memphitarum, (derivatum, ut puto, ab Hebraico קשה, unde קְשִׁי) & Coptico ϧⲟⲥϫ, Thabennenſibus ϩⲟⲥϫ, ſic frequenter ſcriptum in duobus aliis eiuſdem dialecti fragmentis hactenus ineditis, iiſque inter litteraria cimelia longe eruditiſſimi, magnique nominis Praeſulis *Stephani*

Borgiae asservatis; quorum alterum miracula quaedam S. Macarii, alterum vero nonnullas reliquias historiarum de rebus gestis S. Athanasii complectitur. Id enim hoc in loco adnotatum volumus, ut intelligamus vocem ⲅϩⲟⲥⲉ in hoc nostro Aegyptiaco monumento eorum temporum antiquitatem ingeniumque referre, quibus Thabennenses aspiratam ϧ non per simplicem ϩ, sed per geminam ⲅϩ vegetiori sono efferre consueverant. ϧⲟⲥⲉ vero plures habet significationes, inter quas ea est, quae *molestiam*, *laborem*, & *difficultatem* in agendo exprimit, ut Graeca πόνος, & κόπος. At ex sententia nostra, uti & ex toto ipso orationis nexu, *difficultas* rectissime, ni summopere fallor, exponitur. Ⲁⲛ *non*, originem fortasse ducit ab Hebr. אין per sincopem י. Ⲉⲧⲣⲉⲕϩⲉ mihi quidem non aliam referre videtur significationem, quam quae est vel in Memphitica ⲉⲑⲣⲓ-ϩⲉⲓ, vel in Sahidica ⲉⲧⲣⲉ ϩⲉ.

Utra-

Utraque enim *cadere*, *excidere*; adeoque etiam *declinare*, ac *deficere* significat. Nec te moveat ϩⲉ Sahidicum pro ϩⲉⲓ Memphitico usurpatum. Nam & ⲕⲁϩⲓ *terram*, ut eam Memphitae pronunciant, Thabennenses ⲕⲁϩ per apocopen perpetuo efferunt. Ⲕ, quam legis ⲉⲧⲣⲉ affixam, ut ⲉⲧⲣⲉⲕ habeas, *pronominalis* est; eaque iure suo postulat, ut, quemadmodum nos ipsi vertimus, latine reddatur, *tibi*. Plenior sic etiam erit orationis sensus, qua S. Coluthum caeco dixisse exponimus: *nulla difficultas* (mulierem) *faciet tibi deficere*. ϩⲛ̀ ⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ *in directione*. Verum & heic siste parumper, ac mecum perpende, si lubet, quam recte se habeat, totique orationi respondeat ea, quae mox tradita est huius postremae locutionis interpretatio. ⲟⲩⲥⲉⲣⲱⲃ ⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲧⲛ̀ Thabennensibus, virga *dire-*

ctionis dicitur Pſ.XLIV. 7. Ⲁⲓⲛⲁⲟⲩⲱⲛϩ ⲛⲁⲕⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ ϧⲉⲛ ⲟ̀ⲩⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁϩⲏⲧ Confitebor tibi, Domine, *in directione* cordis Pſ. CXVIII. 7. Memphiticae editionis. Hinc Geneſ. XXIV. 40. ⲉϥⲉⲥⲟⲩⲧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲙⲱⲓⲧ *diriget* (Angelus) *viam tuam*. Itemque Dan. c.XI. v.36. ⲉϥⲉⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ϣⲁⲛⲧⲉϥϫⲱⲕ ⲛ̀ϫⲉⲡⲓϫⲱⲛⲧ: *Dirigetur, donec compleatur iracundia*. Et iterum ⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲱⲓⲧ ⲛⲧⲉⲡⲟ̅ⲥ̅ Iohan. I. 27. *Dirigite viam Domini*: & ſic alibi ſaepe verbum ⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ idem eſt ac *dirigere*. Iure igitur ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ, vertimus *in directione*, quae, Deo ſic ordinante, deſignatae mulieris fidei in huius caeci illuminatione commiſſa fuerat. Haec paullo fuſius, & accuratius obſervanda erant, ut mirabilis curationis ratio, quae ab adnotata *pericope* maxime pendet, certiorem acciperet, ſplendidioremque lucem.

(2) Ⲧⲟ//

(2) Ⲧⲟⲩⲱϣ ⲉ̀ϩⲉ ⲉⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛ̀ϩⲁⲕ. Expeditiſſima eſt verſio noſtra: *Volo invenire mulierem puerperam*. Sed ne alicui fortaſſe in mentem veniat in alienum ſenſum detorquere voces ⲉ̀ϩⲉ & ⲛ̀ϩⲁⲕ, pauca quaedam de iis diſſerere operae pretium duco. Et quod ad priorem illam attinet, mitto in ⲉ̀ϩⲉ notam *infinitivi* ⲉ̀; nam tota ambiguitas in uno verbo ϩⲉ deprehendi fortaſſe poſſet. At nemo, credo, erit, qui in dubium revocare velit, num Thabennenſibus idem prorſus ſonet ϩⲉ, quod Latinis eſt *invenire*. Exempla enim, quae exſtant praeclariſſima Iohan. cap. I. v. 41. ⲡⲁⲓ ⲁϥϩⲉ ⲉ̀ⲡⲉϥⲥⲟⲛ Ⲥⲓⲙⲱⲛ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ. *Hic* (Andreas) *invenit fratrem ſuum Simonem primum*: Luc. XXIII. 14. ⲙ̀ⲡⲉⲓϩⲉ ⲉⲗⲁⲁⲩ ⲛ̀ⲟⲃⲉ *non inveni ullam culpam*: Act. XXIV. 17. ⲁⲩϩⲉ ⲉⲣⲟⲓ *invenerunt me*, & alia id

genus plura, de ſignificatione, quam huic voci tribuimus, dubitare non ſinunt. Nam & in fragmento vetuſtiſſimo *Admonitionum ad Monachos* e Thebaicis ruderibus nuper, ut iam noſti, eruto, *Admonitione* V., ubi de extremo iudicio, deque beata felicitate iuſtis donanda graviter, eloquenterque diſſeritur, pag. ⲧⲝⲑ. 369. lacerati codicis, locus adfertur ex c. XII. Evangelii Lucae, in quo vv. 39. & 40. bis ϩⲉ occurrit eamdem habens ſignificationem. Quamquam vocem hanc in Memphitica dialecto numquam in eum praeſertim ſenſum uſurpatam viderim. Memphitae enim pro ϩⲉ tum in adductis teſtimoniis, tum alibi perpetuo adhibent ϫⲉⲙ, aut ϫⲓⲙⲓ. Quod argumento eſt, eam in Thabennenſium ſcriptis ſpectari tamquam propriam dialecti ſuperioris Aegypti. Sed ſatis de hac. Nunc ad alteram venio: ⲛ̀ϩⲁⲕ aut mendoſa vox eſt, aut per *metatheſin* in

in Thebaide sic pronunciatur, pro Memphitica ⲛⲁⲕϩⲓ dempta per apocopem more gentis ⲓ, quemadmodum fieri vidimus in ⲕⲁϩ pro ⲕⲁϩⲓ. Iam vero, etsi ⲛⲁⲕϩⲓ dolores parturientis denotet, & ipsam tamen mulierem parturientem peraeque designat, ut Psalm. IV. vers. 15. ⲏⲡⲡⲉⲓⲥ ϯⲁ̀ⲛⲟⲙⲓⲁ̀ ⲁⲥϯⲛⲁⲕϩⲓ: ἰδὺ ὠδήνησεν ἀδικίαν: *Ecce iniustitiam parturiit:* Rom. VIII. v. 22. ϥϯⲛⲁⲕϩⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ *parturit nobiscum*: & in eodem Ps. IV. 19. ϯⲛⲁⲕϩⲓ, ὠδίνω, *parturio*. Cognata praeterea est cum finitimae Aethiopiae vocabulo ϩⲫⲟ *nakea*, sive *nakya*: *scindi, & rumpi, ut effluat aliquid*, teste Ludolpho in Lex., unde & ϩⲫⲟ̀ *fons, scaturigo*: quo nihil aptius ad parturientis mulieris actionem, naturamque indicandam adferri potest. Nullus itaque dubito, quin hoc in loco ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛ̀ϩⲁⲕ *mulierem* exprimat *puerperam*. Nam undenam, quaeso,

lac hominis, nisi ab ea, quae filium peperit? Hanc ergo, qualiscumque tandem futura esset, dummodo mammas lactentes gereret, bonus iste caecus designavit, quo momento temporis, absoluta iam narratione visionis, & vi quadam arcana divini Numinis ad S. Martyris dictis obsequendum se acrius concitari, incendique persensit, & domesticis famulisque suis, quos ille tunc alloquebatur, *volo*, inquit, *ut inveniatur mulier puerpera, quae mihi lac praebeat a S. Colutho praescriptum*.

(3) **Ⲛⲧⲁⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ.** Nomen heic habes *S. Coluthi*. ϩⲁⲅⲓⲟⲥ cum spiritu aspero ex Graeco ἅγιος pronunciandum in fragmento nostro constanter legitur. Sic enim semper scriptum occurrit. At spiritus asper non apice, superne depicto, sed integra littera ϩ *hori*, ad latus ⲁ explicatur. Hinc etiam colligo codicem Aegyptiacum fuisse exaratum ante saeculum ecclesiae VI., quum nondum in Thebaide cognitae essent *spirituum*,

rituum, & *accentuum* notae a Graecis ſcriptoribus poſtmodum uſurpatae, licet eorum ſoni, tamquam linguae congeniti, auctore Philone in *Hexam.*, & teſte Sancta ipſa *Synclectica* in eius vita ex Tom.I. M. E. Cotel. p.258., in pronunciando exprimerentur. Nam ſequutis temporibus tum in mſs., quae mihi conſulere licuit, tum etiam in ſacrae Liturgiae, & Euchologii libris praeſtantiſſimi Epiſcopi Raphaëlis Tukii opera ex Romana typographia Apoſtolici collegii de Propag. Fide ad vetuſtiorum codicum normam hos ante annos editis, ſpiritus aſper in ΑΥΤΟC perpetuo neglectus cernitur. Cuius vitii cauſſa ea fortaſſe fuit, quod poſterioris aevi Aegyptii, ne cum apicibus indicantibus ſpiritum fortem confunderent lineolas, quibus in ſingulis fere vocibus utuntur ad litteras deficientes ſupplendas, *antiquioris orthographiae* curam, in eo ſpiritu per litteram ع compenſando, abiecerunt; quamquam huiuſmodi aſpirationis formam alicu-

alicubi, ut in voce ΘΗΤΟΥΡΓΕΙΝΗ, retinuerint. Verum alia non desunt gravioris ponderis argumenta, quae huius fragmenti antiquitatem saec.IV., aut certe V. ingenium redolere demonstrant. Inter cetera illud est, quod, ut in priscae vetustatis codicibus, raro admodum in eo occurrunt distinctiones vocabulorum, tam arcte antecedentium litterae litteris sequentium sine intervallo plerumque adhaerent. Praeterea formae litterarum, quas *maiores* appellant, quarumque ectypa edidit Montfauconius in *Palaeographia*, nullae sunt, quemadmodum nec ullae sunt in antiquissimis codicibus Graecorum. *Coluthus* vero nomen & ipsum est originis Aegyptiacae. Sic appellati sunt tum *Colluthus* Meletianorum Symmista; & Episcopus ἐν τῷ ἄνω Κυνῷ *in superiori Cyno* Thebaidis ex *Breviario* Episcoporum ab eodem ipso Meletio tradito S. Alexandro Patriarchae Alexand., tum etiam *Colluthus* alter presbyter item Alexandrinus, qui tamquam ceteroꝰ

terorum in ordine ſuo princeps ſubſcripſit Encyclicae S. Alexandri contra Arium. Hunc nonnulli diverſum faciunt a *Colluthо* presbytero auctore *Colluthianorum*, quos magnus Athanaſius in Apol. cont. Arian. utpote infenſos eccleſiae hoſtes una cum Meletianis ſchiſmaticis, & Ariomanitis haereticis acriter reprehendit, vehementerque dolet. Sed & eum eſſe putant, qui ſibi auctoritatem epiſcopalem in ordinando presbytero *Iſchyra* infami illo S. Athanaſii calumniatore ſacrilege arrogaverat. Maurini PP. viri doctiſſimi ad Apol. cont. Arian. Tom. I. Athanaſianor. oper. pag. 134. Pariſienſem editionem caſtigant, quod in ea Κόλουθος pro Κόλλυθος ſcribatur. At hodie, uti fas eſt augurari, ab hac notanda lectione ſibi facillime temperarent, ducti auctoritate fragmenti noſtri Aegyptiaci, in quo Κόλυθος cum λ ſimplici appellatur; praeſertim quum doctiſſimus Valeſius hanc noſtram lectionem alteri anteponendam cenſeat in animadverſ. ſuis ad cap. 11. lib. VII. H. E. Euſeb., ubi etiam

etiam *Coluthum*, poëtam Anaſtaſii temporibus celebrem, eumque ex *Thebaide* oriundum, ut ſcripſerat *Suidas*, commemorat. Ceterum, ſi Tillemontium audiamus Tom.v. M. H. E. pag. 559. plures eiuſdem nominis Martyres in Aegypto commemorantur. Qui enim XIV. ſive XVII. kal. februarias colitur, hunc Tillemontius diverſum coniicit a duobus ceteris, quorum alius XV. kal. apriles in Martyrologio Hieronymiano, alius vero XIV. kal. iunias a Graecis honoratur. Ac prior quidem in Actis XXXVII. Martyrum Alexandrinorum a Bollandio ad XVIII. ianuar. editis, & a Ruinartio iterum evulgatis inter *A. ſincera MM.* pag. 556. celebratur: nomenque gerit *Colluthi* alias *Collothi* in cod. Colbert., & in Noail. *Collocti*. Ex quo autem de Martyribus illis omnibus Acta tradant: *In numero SS. Doctorum ponens eos Dominus in circuitu miſit eos* (per omnem Aegyptum) *erudire indoctos* in Chriſtiana fide, colligit Ruinartius *Diaconos fuiſſe, vel alius cuiuſvis ordinis clericalis.*

Erant

Erant hi in turmas quatuor diſtributi, ut alii ad orientem, alii ad occidentem ſolem, alii ad auſtrum, alii ad ſeptemtrionem Aegypti evangelicae doctrinae lucem propagarent. Capti ſinguli, & Diis ſacrificare negantes, qui de orientali, & auſtrali turma erant, ad ignem, qui de occidentali, ad crucem, qui de ſeptemtrionali, ad ſecurim damnati ſunt. De poſtrema erat Coluthus, adeoque capite caeſus pro Chriſto glorioſe occubuit. At de genere mortis, quo *ſecundus Coluthus* & ipſe Diaconus Alexandrinus martyrii coronam ad diem XVIII. martii adeptus eſt, (ſemel ac a priori diſtingui debeat) Martyrologia, quae illius memoriam referunt, nihil dicunt. Tertius, quem Graeci colunt ad diem XIX. maii, poſt varia ſuppliciorum genera in ardentem denique rogum, ut eorum Menologia narrant, coniectus ſub Maximiano, aut potius, ex Tillemontii ſententia, ſub Maximino, illuſtre martyrium ad Chriſtianae religionis gloriam *in Thebaide* fecit.

Faci-

Facile fuit, ut rerum harum fama, ac praedicatio delata in Graeciam fuerit a Palladio, Evagrio, aliisque Monachis, qui saeculo ecclesiae IV. vertente in Thebaidis, & praesertim in *Antinopolis* monasteriis diu vixerant. Certe quidem Palladius, ut paullo post dicam, istius S. Martyris mentionem facit in *Historia Lausiaca*. Sed Graeci scriptores, nescio qua pronunciandorum nominum licentia, Colluthum verterunt in Ἀχόλυθον; nisi eos deceperit qualiscumque similitudo, quam habet gentilis cum peregrina voce Coptorum. Nam idem ipse *S. Greg. Nyssen.* loquens orat. II. contra Eunomium de schismatico *Colutho*, cuius frequens mentio fit in Apol. magni Athan. eum, ut iam observavit Valesius, appellat *Acoluthum*. At vero ad alia properanti obviam ex obliquo venit *Synaxarium* Copticum, in quo de rebus gestis *S. Coluthi* multa, imo fere omnia, quae nova prorsus, & Graecis, Latinis, aliarumque ecclesiarum scriptoribus incomperta essent, mihi spectanda offere-

offerebantur. Principio quidem ſatis veriſimilia viſa ſunt, quae de nobiliſſima *Coluthi* noſtri progenie tradebantur. Noram enim ex Euſebii hiſtoria quam multi inter Chriſtianos & nobilitate, & opulentia, & honoribus, & muneribus clari cum in aliis Romani imperii provinciis, tum vero maxime in Aegypto floruerint, vitamque etiam pro Chriſto Deo generoſius profuderint. Nihil praeterea habebam, quod Synaxario opponerem, ubi S. Martyrem narrabat *Antinoe*, in ea ſcilicet urbe natum, quae *Adrianopolis* quandoque. & modo corrupta Arabum voce إذسنا *Inſine* Wanslebio, rectius *Anſna* apud Renaudot. in H. P. Alex. dicta, teſtibus Palladio in H. *Lauſ.* c.47. Rufino, & Victore Tunnonen., *Thebaidis metropolis* erat. Id unum optaſſem, ut Auctor Synaxarii nomen *patris* proferret. Nam ſi aut *Coluthus*, aut *Coluthion* fuiſſet, anſam mihi ſaltem praebuiſſet aliquam paullo curioſius inquirendi, an ex eo appellata ſic fuerint in H. E. *Euſebii* lib.VII. cap.11. rura *Coluthionis*, quod illorum

rum fortaſſe dominus eſſet idem ipſe S. Martyris genitor. In ea *Valeriani*, & *Galieni* praecepto per *Aemilianum* Aegypti Praefectum indicto, iuſſus eſt an. 257. in exſilium abire *Dionyſius* magnus ille Alexandrinae eccleſiae epiſcopus. Ita enim apud eumdem Euſebium de ſe ſcribit in epiſtola contra Germanum: *Poſteaquam vero mihi renunciatum eſt, ut* εἰς τὰ Κολλυθίωνος *ad* Colluthionis *regionem migraſſem .... memetipſe accuſabo: principio quidem aegre admodum, ac moleſte tuli. Etſi enim regio illa notior nobis, magiſque familiaris erat, quam* Cephro (in Lybia,) *tamen fratribus, ac probis viris* ἔρημον ... χωρίον *vacuus eſſe locus dicebatur, & viatorum turbis, latronumque incurſionibus obnoxius. Sed multum mihi conſolationis attulit, quod fratres me admonuerunt locum illum a civitate propius abeſſe*, atque adeo multo etiam aptiorem, accommodatioremque eſſe futurum ad ſacros agendos peculiares conventus, quo proinde tamquam *ad ſuburbana remotiora* venturi eſſent, uti reipſa contigit, epiſcopo

SS.

SS. adfirmarunt. Ad quae doctiſſimus Adnotator Valeſius ſic habet: *Erat hic locus in* Mareotica praefectura. *Sic etiam τὰ βουκόλια tractus quidam Aegypti dicebatur*, a nomine *ſcilicet* dominorum, *qui ea loca olim poſſederant*. *Apud Nicephorum* Κολόθιον *hic locus dicitur cum ſimplici lambda, quam ſcripturam rectiorem puto*. *Nam* Κολλουθίων *nomen eſt deflexum a* Colutho, *quod nomen fuit frequens in Aegypto*. Quid ſi ergo & tale nomen, quaſi avitum, geſſiſſet huius noſtri Martyris parens domus nobilitate in Antinoi urbe conſpicuus, nonne ſuſpicari licuiſſet ab eo fortaſſe denominationem accipere potuiſſe eum terrarum tractum, qui *Colluthionis* in Mareotica praefectura appellabatur? Sed quid nominis ille gereret, Synaxarii ſcriptor penitus ignoravit. Heic miſſa faciam, quae in hac Arabica narratione de libris multis من كتب البيعة, *ex libris eccleſiae*, deque قاذونه فى صلاته *regula* diurnarum, nocturnarumque precum commemorantur; ſapiunt enim haec inferioris aevi mores, & inſtituta. Prae-

tereo vocem صهر, quae ſemel, & iterum in textu Synaxarii adhibita niſi aliter quam factum eſt (ex incuria fortaſſe, & errore amanuenſis) in extrema linea p. 59. accipiatur, & in eum ſenſum iuxta *Gigeii* lexicon latine vertatur, ut *Arianum* dicat non *generum*, ſed *maritum ſororis S. Coluthi*, narrationem omnem turbat, eamque etiam ridiculam facit. Mitto & illud dicere, quam improbabile prorſus, & a vero alienum videri debeat, voluiſſe *Coluthi* noſtri patrem, virum, qualem nobis Synaxarium depingit, tantopere religioſum, & de Chriſtiana religione ſollicitum, nuptui tradere filiam *Ariano* Praefecto Thebaidis, homini non modo pagano, ſed, ut in pluribus Martyrum Actis repraeſentatur, impio, truci, crudeli, & qui ob ſuſcepti muneris adminiſtrationem & eſſe, & cenſeri neceſſario debebat paratus ad quodcumque vel atrociſſimae perſecutionis genus in Chriſtianae fidei cultores per univerſam provinciam exercendum. Inde etiam velim, ut alii quique coniiciant quam parum,

aut

aut nihil fidei mereatur Arabicus ſcriptor eo maxime loci, ubi ait: الولاية ... لات ابيه لماشاخ سال الملك, *praefecturam ... cum pater eius* (Coluthi) *ſenuit petlit ab Imperatore* pro *Ariano* genero ſuo. Nam ego interim ad ea, quae multo graviora ſuperſunt, obſervanda progrediar. In primis praefectura Antinopolitana, ſive Thebaidis, quam ad ipſam uſque fere extremam ſenectutem S. Coluthi parentem geſſiſſe tradit Synaxarium, ut purum putum commentum habendum eſt, quoties ea vera eſſe ponantur, quae ab initio narrationis de Chriſtiana illius pietate ac religione commemorantur. Neque enim fieri poteſt, quin in ea tempora inciderit, quibus Praefecti Aegypti, & Thebaidis in Chriſtianum populum carnificinam exercuere. Idque perſpicue demonſtrabit annorum ſeries collecta ex factis, rebuſque ipſis in *Synaxario* narratis. Si quis praeterea graviſſima Bollandi auctoritate ductus adoptare velit Acta SS. MM. *Apollonii*, & *Philemonis*, ea praeſertim quae latine edita ſunt ex anti-

quis Codd. Bibl. S. Maximini Trevir., aliarumque, ad diem VIII. martii, in promptu habebit, unde noſtrum hunc Thebaidis Praefectum ad tempora uſque Imperatoris Decii revocare facillime poſſit. In his Actis *Arianus* eſt Praeſes *Antinoe*, qui *Philemonem choraulam*, & mimum inſignem, ſed ſtupendo divinae gratiae prodigio per S. Apollonii miniſterium ad Chriſti fidem repente converſum, & ſe Chriſtianum eſſe aperte fatentem, in haec verba alloquitur: *Maluiſſem te ante unam de tribus filiabus meis pro libidine praeſumpſiſſe, quam iudiciariam ſeveritatem in conſpectu Chriſtianorum mimo reſolvere*. Quum haec *Antinopoli* agebantur, annus erat Imperatoris Diocletiani III., Chriſti CCLXXXVII., ut Graeci ferunt. Sed, ſi eo anno ſingulae Arriani filiae iam aptae erant viro, illarum adultior annos plus minus *octodecim*, ex quo in lucem venerat, numeraſſet; earum vero mater, germana ſoror *Coluthi*, *annum* ſaltem expleviſſet *trigeſimum quintum*, vel *trigeſimum ſextum*. Ea maior erat frater *Coluthus*, is ergo natus

tus fuiſſet ſub *Decio*. ex *patre Praeſide Thebaidis* anno CCL., hinc enim ad annum uſque CCLXXXVII. excurrunt anni XXXVII. anteactae vitae eiuſdem *Coluthi*. Ceterum ad huius praefecturae fabulam refellendam, illud ſemel obſervaſſe ſat erit, quod Romani Imperatores per ea tempora hanc ſibi veluti legem ad imperii ſecuritatem ſtatuerint, ne ullum umquam, qui aut indigena, aut Chriſtianus eſſet, ſive Aegypti, ſive Thebaidis Praefectum crearent. Indeque eſt cur Tillemontius putet Ἀρειανὸν, ſive Ἀρριανὸν *Arrianum*, nomen eſſe Romanae originis Tom. V. pag. 726. not. 11. in Act. *S. Ariani*. Narrat deinde Arabs ſcriptor S. Coluthum ingreſſum in Curiam *conviciis laceſſiviſſe Regem* (Imperatorem nempe) *Arianum*, *& idola eorum*. Idque accidiſſe ſtatuit فلما العت كنو ديقلا ديانوس, *quum multiplicata fuit perfidia Diocletiani*, ideſt, ut quivis facile intelligit, poſt funeſtiſsimae perſecutionis ab eo in Chriſtianam gentem excitatae exordia. At vero poſt annum CCXCVI., quo Diocle-

tianus *Achilleum* imperii uſurpatorem in Aegypto domuit, & profligavit, nuinquam eo rediiſſe legitur. Quicquid ergo in Synaxario traditur de Colutho noſtro, quaſi qui praeſentem Diocletianum in Antinoitana curia conviciis impetierit, obelo & litura dignum eſt. Vehementer etiam dubito de exſilio S. Martyri ab *Ariano* indicto in *Benheſam*. Eſt enim ea civitas *vetus Oxyrinchus* in provincia Arcadia, alias dicta Heptanomo, quae a Thebaide ſeiuncta, ne quidem *Ammiani Marcellini* temporibus *Antinopolitano* Praeſidi parebat. De ea enim ita ille ſcribit lib. XXII: *Aegyptus ipſa, quae iam inde, ut Romano imperio iuncta eſt, regitur a Praefectis, exceptis minoribus multis, Athribi, & Oxyrincho, & Thmui, & Memphi maximis urbibus nitet*. Ad Aegypti itaque Praefectum, dum recte Ammiani verba intelligam, pertinebat *Oxyrinchus*. Sic & hiſtoriola de *ſorore*, quae vi adhibita, utpote *Ariani* iudicis coniux, fratrem e carceribus *Benheſae* liberari iuſſerit, ſua ſponte repente corruit. Poſtremo duo in Synaxario

xario de tempore martyrii S. Coluthi narrantur, quae inter ſe conciliari nullo modo queant. In eo ubique ponitur, *Coluthum* imperante quidem *Diocletiano*, ſed ab alio Antinoi Praeſide, quam ab *Ariano*, damnatum, abſciſſo capite, mortem glorioſe oppetiiſſe pro Chriſto. Quam rem aperte declarant verba Synaxarii: ثم اتي والى احرفعر فخبره, *deinde venit Praefectus alter, qui caeco impetu recognovit cauſſam eius*. At *Arianus* viſo ingenti miraculo circa *Philemonem*, & *Apollonium* illius iuſſu in ardentem rogum coniectos, multoque etiam mirabiliori divinae gratiae prodigio ad Chriſti fidem repente converſus, unaque cum eodem Apollonio, Philemone, aliiſque ſociis Alexandriam ex urbe Antinoe ductus, martyrium ſubiit die *quarta* martii ſub Aegypti Praefecto anno CCCV., uti pluribus oſtendit doctiſsimus Tillemontius Tom. V. M. H. Ec. pag. 364., & 728. Nec citius certe, nec ſerius S. *Arriani* paſsio ſtatui poteſt, ſemel ac ad Imperatoris Diocletiani tempora referri debeat.

Nam Diocletianus ſe imperio abdicavit kal. maii eodem an. CCCV., quemadmodum celeberrimi ſuperioris, noſtrique aevi Chronologi, reiecta Valeſii ſententia, ad unum omnes fatentur. Aut ergo *S. Coluthus* Martyr occubuit die XX. maii ſaeviente ipſius Diocletiani perſecutione; & tunc neceſſe erit Sancti Confeſſoris paſsionem revocare vel ad CCCIII., vel CCCIV., ſed ſub *Ariano* Praefecto Thebaidis; (quod Synaxarium differte negat; dic enim maii *vigeſimo* an. CCCV. Diocletianus iam *Salonam* ad hortos colendos abierat) aut paſſus eſt ſub alio Praeſide, qui Arriano in Thebaide adminiſtranda ſucceſsit, ut narrat Synaxarium, & tunc glorioſum Martyris noſtri certamen protrahendum neceſſario erit ad tempora perſecutionis *Maximini* poſt an. CCCV., quod Tillemontio placuit eodem Tom.V. M. H. E. pag.559. Sed ea mihi, tamquam multo planior, & expeditior arrideret ſententia, quae annum paſſionis *S. Coluthi* affigeret annis Diocletianeae perſecutionis, aerae Chriſt. CCCIII., vel

vel CCCIV. Ad diem martyrii quod ſpectat, conveniunt Copti, vel in hoc ipſo Synaxario, cum Syris, & Aethiopibus. Nam dies XXV. *beſcenes* reſpondet XX. maii. Aethiopes tamen, qui ſacra pene omnia exceperunt a Coptis, in gentis ſuae *Kalendario* apud Ludolphum ad XXV. *ginbot*, & XX. maii Iul; eum vocant, ut Graeci ſolent, አከሉጦስ *Acolythum*. Ceterum quem Graeci ad XIX., & Armeni ad XXII. maii colunt, idem omnino eſſe videtur ac noſter iſte glorioſus Chriſti Martyr *Coluthus*.

(4) Ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁⲙⲉϩ ⲛ̀ⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲉⲣⲱⲧⲉ ϩⲛ̀ ⲛⲁⲉ̀ⲕⲓⲃⲉ. Praeclara eſt magni Auguſtini ſententia in ep. LXXX. ad Paullinum: *Plerumque non voce de caelo, non per prophetam, non per revelationem vel ſomnii, vel exceſſus mentis, qui dicitur exſtaſis, ſed rebus ipſis accidentibus, & ad aliud quam ſtatueramus vocantibus cogimur agnoſcere Dei voluntatem eſſe aliam, quam erat noſtra*. Sic plane huic noſtrae Aegyptiae matronae eveniſſe credo. Acceſſerat

reli-

religionis cauſſa ad S. Coluthi aedem nihil omnino cogitans de re, quam non modo ignorabat futuram, ſed ne ſomniando quidem fingere ante poterat. Fecit interea Deus, ut illa praeſens adeſſet, qua hora caecus, expoſita viſionis hiſtoria, exquiri iuſſit mulierem qualem ad ſanationis ſuae opem glorioſus martyr oſtenderat: & ecce pia & honeſtiſſima femina ex hac veluti accidenti cauſſa Dei voluntatem eſſe intelligens, ut qualecumque inſtrumentum eſſet promiſſi prodigii, atque ab eo in primis excitata, & interius adiuta, qui ſolus, & ſemper facit quicquid promittit, quaeſitam medelam praeter omnium exſpectationem ultro ſtatim obtulit, & *ego*, ad caecum ipſum, (vix dum ille optata ſua indicaverat) dixit, *implebo oculos tuos lacte ex uberibus meis*.

(5) **Ⲁⲣⲓⲧⲁⲅⲁⲡⲏ ⲛ̀ⲙ ⲙⲁⲓ.**

Locutio IV., V., & VI. eccleſiae ſaeculo apud chriſtianos Aegyptios uſitata. Ποίησον ἀγάπην, dixit Angelus ſub ſpecie leproſi appa-

apparens S. Abbati *Agathoni*, *fac caritatem*, & iterum, ποίησον πάλιν ἀγάπην in *monum. eccl. Gr.* a Cotelerio editis Tom. I. p. 382. ποίησον ἀγάπην sic rogabat quidam senum Abbatem *Achillem* ibidem pag. 387. eamdemque formulam adhibent Abbas Elias pag. 448., & Iohannes Persa p. 504. Habes & apud Iohannem Moschum in λειμωναρίῳ cap. 166. ποίησον ἀγάπειν, & rursus ποίησον ἔλεος μετ' ἔμου : *fac caritatem* : *fac misericordiam mecum*, ut est in Copto ⲛⲉⲙ ⲙⲁⲓ. Etsi enim ⲛⲉⲙ plerumque sit particula coniunctiva *&*, saepe tamen pro *cum* usurpatur, perinde atque Graeca καὶ, quae, iudice S. Athanasio lib. II. cont. Apollinarium num. 19. edit. Maur. pag. 955., recte aliquando vertitur σὺν *cum*.

(6) ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧ ⲁϥⲛⲁϩⲧⲉ ϫⲉ ϩⲙⲟⲟⲥ ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲣ̀ⲣ̀ ⲡⲁⲓ. Verba sunt quidem mariti cum uxore sua colloquentis. Non eam tamen, sed caecum, in quem diriguntur, unice spectant. Is enim est, qui,

qui, ut in praevio ſupplemento animadvertimus, indicium aliquod increduli, haeſitantiſque animi ante dederat. At vero defectio, & imbecillitas fidei impedimento eſſe poterat, ne exſpectatum miraculum perficeretur. Quid namque tam certum, tamque exploratum, ac teſtatiſſimum eſt in Evangeliis, in Actibus Apoſtolicis, in ſcriptis Patrum, & in publicis catholici orbis monumentis, quam Chriſtianam, divinamque fidem requiri in iis, qui vel ipſa corporalium curationum miracula ſive pro ſe, ſive pro aliis a Deo & vitae, & ſalutis omnis auctore, aut per Angelorum, aut per Martyrum, Sanctorumque preces, ac miniſteria impetrare deſiderant? *Ut* enim *in Deum credatur, quod & Chriſtus eſt, illi faciunt quidquid mirabile faciunt*, ait Auguſt. lib.XXII. *de Civ.Dei* c.11. Recte proinde inquit ſaec.VI. vertente ſcriptor vitae, idemque diſcipulus, & comes individuus S. Patriarchae Conſtantinopol. Eutychii *Euſtathius* presbyter ſub initium cap.VI., interprete Dan. Papebr.: *Curationibus efficiendis ne-*

neceſſarium eſt, ut curandorum fides adſit, & curantium virtus. Horum alterum ſi defuerit, nihil proderit alterum. Et ideo Chriſtus ipſe in patria ſua Nazareth propter civium *ἀπιστίαν incredulitatem* multa ſigna, teſte Evangeliſta Marco cap. VI., facere noluit. Hiſce itaque luminibus illuſtratus vir chriſtianus propter piae credulitatis defectum in caeco deprehenſum de illius prodigioſae curationis eventu dubitans; atque ob hanc cauſſam aegerrime ferens, quod ei uxor ſua, tam feſtino, ac ſubito impetu, quaſi imprudens quaeſitum lac obtuliſſet, unde in publicae deriſionis periculum venire poſſet, ſi miraculum, uti timebat, non accideret, eam a data fide, maritali auctoritate, revocare ſtuduit per haec verba: *In incredulitate manens erat: ne hoc facito*: ne lac ſcilicet oblatum ei porro praebeto. Qua in ſententia ſi propriam, rigidamque ſignificationem illius geminae vocis ΕΚΕΙΘΕΝ ΝΕ retinere velis, dices: *ſedens erat*. Sed ad rem ipſam parum, aut

aut nihil facit iſtius *grammatici* verbi rigor.

(7) **ⲛⲥⲉⲧⲙⲁⲗⲟ**. Diu me torſit huius vocis, cuiſque originis inveſtigatio. Itaque ad divinandum me verti, & mecum ipſe cogitare coepi, num **ⲛⲥⲉⲧⲙⲁⲗⲟ** derivarum eſſet a Memphiticis **ⲥⲉⲧ-ⲙⲁⲗⲁϧ**, idemque ſonaret ac *ſatores concertationum*, *pugnarum*, & *litium*, quaſi compoſitum tum a **ⲥⲉⲧ** *ſerere*, atque *iactare*, tum ab **ⲙⲁⲗⲁϧ**, ſive **ⲗⲁϧ** deducto ex hebr. להם *concertationes*; unde ſic dictae noſcuntur λογομαχίαι *pugnae verborum* ab Ap. Paullo 1. ad Tim. VI. v. 4., & ad Tit. III. v. 9. Non raro enim ſolent Thebanenſes omittere aſpiratam Memphiticam **ϩ**, qua caret eorum Alphabetum; & *a* quandoque etiam vertunt in *o*; atque ita vocabulum **ⲛⲥⲉⲧ-ⲙⲁⲗⲟ** *contentioſi*, oriri facile potuit. Sed tandem in eam veni opinionem, qua *detractores*, ſive *detractatores* ſignificari putavi. **ⲗⲟ** namque eamdem quan-

quandoque ſignificationem habere videtur, quam habet ωλι *auferre*, *tollere*, *per iniuriam uſurpare*, *diripere*, *invadere*, & ſimilia. Id mihi nonnulla exempla ſuadent, inter quae illud eſt ex fragmento epitomes rerum geſtarum S. Athanaſii: ⲧⲟⲧⲉ ⲁϥⲗⲟ ⲉⲛ ⲉϥⲕⲱⲧⲉ ⲕⲱⲧⲉ. Sermo ibi fit de Georgio Cappadoce invaſore Alexandrinae Sedis. Primum deſcribit Auctor Georgii ingreſſum in ⲣⲁⲕⲟⲧⲉ, in urbem ſcilicet Alexandrinam, & calamitatem ab eo partam eccleſiae, deinde citata verba ſubiungit; quae ſi cum aureis magni Athanaſii ſcriptis de ea irruptione contuleris. vix dubito quin ea ſic reddere velis: *Tunc* (Georgius urbem Alexandrinam eccleſiam) *diripuit* ἥρπαξε *quaquaverſum circumiens*. Itaque ⲛⲥⲉⲧⲁⲗⲟ, *qui auferunt*, *tollunt*, *detrahunt*, *perdunt*, *iacturamve pariunt*, dicti a me ſunt *detractores*. Quicquid horum ſeligas, ab orationis ſcopo non aberrabis.

(8) Sin

(8) ϩⲓⲧⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛ̀ ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲥⲃⲱ ⲛ̀ⲛⲁⲉⲓⲟⲧⲉ ϯⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ. Eo uno ſimplicique conſilio adducta verba a muliere noſtra prolata fuiſſe videntur, ut praeſentiſſimum, fidiſſimumque teſtimonium, & indicium eſſent interioris fidei, qua divinitus illuſtrata miraculum, uti S. Coluthus oſtenderat, certiſſime eventurum credebat. Atque ob hanc plane cauſſam Chriſtianae fidei gloriam, illiuſque doctrinae lucem a maioribus ſuis, eorumque magiſterio in ſe quaſi hereditario iure una cum generis claritate derivatam commemorat. Nam & S. *Macrina* magni Baſilii, & Nyſſeni Gregorii ſoror ſub extremam vitae ſuae horam *eo ſibi fine propoſito*, *ut gratias ageret Deo*, non dubitavit parentum maiorumque ſuorum *nobilitatem*, ſed *fidem* in primis, & certamina pro Chriſti confeſſione ſuſcepta accurata narratione, eodem praeſente, & admirante Nyſſeno, referre. Licuit ita nobili, fidelique matronae aemu-

aemulari ſanctiſſimam Gregorii Nazianzeni matrem, quae ſub initium epigrammatis CVII. apud cl. Murator. Anecdotor. G.L. a filio compoſiti ſic ceciniſſe inducitur: Ῥίζης ἐυσεβέος γενόμην. *E radice pia ſum orta*, ut dictis, factiſque ſuis fidem, & auctoritatem omnem, quae ad rem praeſentem maxime neceſſaria erat, facilius conciliare poſſet.

(9) **Πρὲρακ**. Suſpicari quis forte poterit de mendo vocis, ni eam Sahidarum more ſic ſcribi, ac pronunciari ſolere putet, **pὲ-pακ** pro Memphitica **pὲ-pαϩκ**. Atque haec quidem a Graeca πρᾷος, ſive πραὺς, ſublato per *aphaereſin* π, aperte deducta videtur; idemque proinde in utraque lingua ſonant ὁ πρᾷος, πραὺς, & **pὲ-pαϩκ**, *mitis*, & *manſuetus*. Pſalm. XXIV. alias XXV. v. 9. Matth. VI. 5., & C.XI. v. 29. *mitis*. Πρᾷος vero apud Heſychium in malam etiam partem uſurpari poſſe intelligo. Nam & ἤσυχον exprimit, quod eſt ἀπραγμὼν, *otioſus* nem-

pe, & *iners*. Quare si ⲣⲉ̀ⲙ-ⲣⲁϣ nostrum pro ⲣⲉ̀ⲙ-ⲣⲁⲩϣ ἡσύχῳ accipiatur, orationis sensus postulabit, ut hoc in loco ⲣⲉ̀ⲙ-ⲣⲁⲩϣ vertatur *otiosa*. Sed nomen istud ortum arbitror a ⲣⲁϣⲓ *gaudium*, graece χαρὰ in Hesychii lexico, ἡδονὴ, ἀγαλλίωσις, *voluptas*, *exsultatio*. Ⲣⲁϣⲉ dicunt Thebanenses tum in sequentibus huius miraculi reliquiis, tum in alio etiam Borgiano fragmento historiarum de rebus gestis Sancti Athanasii pag. ⲟⲇ 74. dilacerati cod., ubi epitomes auctor exemplum daturus epistolae *Ioviani* (Ⲓⲟⲩⲃⲓⲁⲛⲟⲥ) Imperatoris ad magnum ipsum Athanasium missae: ⲁⲩⲱ, inquit, ⲁϥⲥϩⲁⲓ ϣⲁ Ⲁⲑⲁⲛⲁⲥⲓⲟⲥ ⲛⲟⲩⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲉⲥⲙⲉϩ ⲛⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛϩⲏⲧ ϩⲓ ⲣⲁϣⲉ ϩⲓ ϣⲟⲩϣⲟⲩ ⲛⲉⲭⲣⲏⲥϯⲛⲟⲥ (leg ⲛⲉⲭⲣⲏⲥϯⲁ//ⲛⲟⲥ) *& misit epistolam plenam consolationis*

nis ad gaudium, seu voluptatem, & exsultationem christianorum. Itaque ⲣⲙ̀-ⲣⲁϣ recte, mea quidem sententia, redditur: voluptati dedita, idest *voluptuosa*.

(10) Ⲉⲓⲱⲣⲕ ⲛⲏⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲛ̀ϩⲓⲥⲉ ⲛ̀ⲧⲁ// ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ϣⲟⲡⲟⲩ ϩⲓ ⲡⲉⲥⲧⲁⲩⲣⲟ̀ⲥ. Singulare id est iurisiurandi genus, cuius nullum ante id temporis exemplum in ecclesiasticis monumentis me legisse memini. Per *tria* matrona nostra iurat: per *S. Coluthum*, per *oblationem christianorum*, & per *passionem Christi sui in cruce* susceptam. Mitto dicere de *S. Colutho*, de quo plura iam diximus, ut statim ad *oblationem* veniam. Hanc religiosa femina simplici nomine ⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁⲛ ⲛ̀ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ *oblationem christianorum* appellat, ne contra disciplinam arcani, a quibuscumque initiatis fidelibus integre custoditam, atque servatam, ageret, si forte eucharistici

ſacramenti myſterium ſignificantioribus vocibus enuntiaſſet. Haec diſciplina vigebat adhuc ſaec. V., eodemque ipſo tempore, quo Sozomenus librum VIII. H. Eccl. ſcribebat. Ibi enim ad cap. 5. pulcherrimum de eo ritu teſtimonium habes. Hinc intelligere fas eſt, cur Aegyptia noſtra ſacroſanctum corporis & ſanguinis Domini ſacrificium pro illius aetatis more ſimpliciter appellaverit *oblationem chriſtianorum*; eamdemque appellationis ſimplicitatem retinuerit, fideliterque ſervarit huius miraculi ſcriptor. Quodque peculiari obſervatione dignum nemo non arbitrabitur, vocabulo uſa eſt, apud fideles cuiuſcumque ordinis in Thebaide vulgatiſſimo, ibique antequam ſub nomine SS. Baſilii, Gregorii, & Cyrilli liturgiae in Aegypti eccleſiis ad aram recitarentur, iam inde ab aevo S. Marci evangeliſtae paſſim recepto, quaſi unico, & ad tanti myſterii celebrationem ſignificandam primitus inſtituto. Ἀναφορὰ titulus eſt liturgiae S. Baſilii, cui principem locum inter ceteras Copti concedunt.

Qua

Qua de re plura dabit doctiſſimus Renaud. in commentariis ad eamdem Copt. liturg. At in Thebaide, qua aetate huiuſmodi iurisiurandi formula & audita, & ſcripta eſt, chriſtiani ſacrificii celebratio ſingulari veluti nomine προσφορὰ dicebatur. Sic τὴν τῆς ἁγίας προσφορᾶς ἡσυχίαν *ſanctae oblationis ſilentium* in S. Iſaac diſcipulo S. Ab. Apollinis: ὑπὸ τῆς ἁγίας προσφορᾶς *a ſancta oblatione* illuminatos: προσφορὰν τοῦ Ἀββᾶ Παμβοῦ *oblationem Abbatis Pambo*, ad quam venit S. Macarius Aegyptius; presbyterum τὴν ἁγίαν προσφορὰν *miſſam celebrantem* S. Abbati Marco: ἐγένετο προσφορὰ *oblationem celebratam* in monte S. Antonii laudant monum. Eccl. Gr. apud Coteler. To.I. p.507. 508. 526. 340. 571. & 664. Ibidemque pag.560. Abbas Matoes, & frater eius, licet iam ordinati presbyteri, ambo mortui commemorantur, μὴ ἐγγίσαντες πρὸ θυσιαστηρίου ἕνεκεν τοῦ ποιῆσαι προσφορὰν *cum numquam* altari *appropinquaſſent ad conſecrandam oblationem*. Palladius quoque in H. L. cap.40. meminit Aegyptii presbyteri, qui

προσφορὰν *celebrari* vetuit pro duabus monialibus, quae ſua ſibi ſponte necem intulerant. Eidemque voci reſpondet indictio, ut ego opinor, a diacono facta proxime ante praefationem, ſive *magnae actionis initium*: ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲉⲓⲛ: ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲉⲓⲛ: ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲉⲓⲛ ⲕⲁⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲣⲟⲡⲟⲛ: quemadmodum legimus non in una modo, quae dicitur S. Baſilii, ſed & in duabus reliquis liturgiis, quarum altera ſub S. Gregorii, altera S. Cyrilli, ſive S. evangeliſtae Marci nomine ex Copticis typis collegii apoſtolici de propag. fide Romae prodierunt. Et utinam earum ſaltem mſs. exempla, quae antiquiſſima ſunt, in Renaudotii manus aliquando veniſſent! Quae vero res per hoc nomen προσφορὰν demonſtratur, verum eſt, & reale ſacrificium corporis & ſanguinis Domini. Habes in liturgia Gr. Alexand. S. Baſilii πνευματικὴν ταύτην, καὶ ἀναιμάκτου θυσίαν, *ſpirituale hoc & incruentum ſacrificium*: in Copt. ⲑⲩⲥⲓⲁ ⲃⲁⲓ ⲉⲧⲉ ⲙⲙⲟⲛ ⲥⲛⲟⲩ

ſacri-

sacrificium quod est sine sanguine. In liturg. pariter Gr. Alexand. S. Marci, quam Renaudotius *insignem ecclesiasticae antiquitatis monumentum* appellat, προσφέρομεν, dicitur, τὴν λογικὴν, καὶ ἀναιμάκτον λατρείαν ταύτην: Copt. **ⲙ̀ⲡⲁⲓ ϣⲥⲟⲩϣⲱⲟⲩϣⲓ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲓⲕⲟⲛ: ⲛⲉⲙ ⲡⲁⲓ ϣⲉⲙⲥⲓ ⲛⲁⲧⲥⲛⲟϥ**: ἣν προσφέρει πάντα τὰ ἔθνη, *offerimus rationabilem, & incruentam* latriam, *seu oblationem hanc, quam offerunt tibi, Domine, omnes gentes*. Habes & in hac oblatione divini operis ineffabile sacramentum, quo panis, & vini elementa in corpus ipsum & sanguinem Christi Domini κατ' οὐσίαν verissime transmutantur: προσφέρομεν ...., aiunt Aegypti fideles, δεόμεθα, καὶ παρακαλοῦμέν σε ... εὐδοκίᾳ τῆς σῆς ἀγαθότητος ἐλθεῖν τὸ πνεῦμα σοῦ ἅγιον ... in anaphora Sancti Basilii apud Renaudot. (Copt. **ⲉⲑⲣⲉ ⲡⲉⲕⲡⲛ̄ⲁ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲓ̀** ...) καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον γίνεται εἰς τὸ ἅγιον σῶμα, *offerimus .... rogamus, & deprecamur te ... & adoramus te cum beneplacito*

cito bonitatis tuae, ut veniat Spiritus tuus ſanctus ..... & faciat panem quidem iſtum fieri corpus ſanctum ipſius (populo iuxta Copticum ritum interclamante ⲁⲙⲏⲛ *credo*) *Domini Dei, & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, & vitam aeternam ex illo participantibus. Populus: Amen. Et calicem hunc pretioſum ſanguinem novi teſtamenti ipſius* (populo & heic adclamante *credo*) *Domini Dei, & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti ....; populus: Amen.* Quamobrem ad ſacram communionem tum ante, tum in ipſa *myſteriorum* diſtributione ſacerdoti ſolemnem confeſſionis formulam proferenti: Σῶμα ἅγιον, καὶ αἷμα τίμιον, ἀληθινὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀμήν. *Corpus ſanctum, & ſanguis pretioſus, verus Ieſu Chriſti filii Dei. Amen.* Reſpondet populus: Ἀμήν, *Amen*: & iterum eamdem ipſam fidei confeſſionem geminanti, populus adclamat: *Amen*. Atque eam primam ὁμολογίαν *confeſſionem* apud Coptos notas habere primaevae antiquitatis iure aſſeruit

ruit Renaudot. laudato comment. in Copt. liturgiam S. Basilii. Porro secundum hanc publicam fidei formulam, ὡς παρέδωκεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, *quemadmodum credit ecclesia catholica*, Aegyptii monachi in *Sceti* versantes orthodoxum hocce, ac divinissimum dogma de conversa elementorum substantia in substantiam corporis, & sanguinis Christi salvatoris, deque reali ipsius praesentia in altaris sacramento se constantissime credere, ac profiteri testabantur. Audiantur inter ceteros senes illi duo, de quibus S. Arsenius Danieli Abbati narravit. Eorum enim haec verba sunt Tom. I. Monum. Eccl. Gr. apud Coteler. pag. 422. Ἡμεῖς πιςεύομεν ὅτι αὐτὸς ἄρτος, σῶμά ἐςι τοῦ Χριςοῦ, καὶ τὸ ποτήριον, αὐτό ἐςι, τὸ αἷμα τοῦ Χριςοῦ, κατὰ ἀλήθειαν, & οὐ (al. οὐκ) ἀντίτυπον. *Nos credimus, quod ipse panis corpus sit Christi, & calix, ipse sit sanguis Christi, secundum veritatem, non secundum figuram:* ... ὁ ἄρτος, ὃν εἶπεν, ὅτι τὸ σῶμά μου ἐςιν, οὗτος πιςεύομεν ὅτι κατὰ ἀλήθειαν σῶμά ἐςι Χριςοῦ; *de pane, de quo dixit:*

dixit : corpus meum eſt : *ſic credimus, quod iuxta veritatem ſit corpus Chriſti*. Nec mirum cuiquam videri debet, ſi mulier cum oblatione, ſive ſacrificio chriſtianorum coniunxit paſſionem a Chriſto ſublatam in cruce. Nam ex πατρωπαράδοσις a prima ipſa inſtitutione ad nos uſque tradu&ta certum, conſtans, & ineluctabile eſt hoc fidei orthodoxae ἀξίωμα : eumdem Chriſtum eſſe & victimam & ſacerdotem, qui ſeipſum ſemel in cruce pro totius mundi pretio, atque ſalute, *cruenta immolatione* per manus carnificum, Deo Patri hoſtiam obtulit, nunc autem *vera* quidem, ſed *incruenta*, & *myſtica immolatione*, per *ſpiritualem*, & *incorporeum gladium*, ut eum in orat. ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ad Patrem, Coptitae appellant, peracta, ſub panis, & vini ſpeciebus, ſacerdotum, quos ipſe inſtituit, miniſterio, illud idem ſacrificium in ara euchariſtica aram crucis repraeſentante offert, immolat, perficitque. Et ecce quid illa eſſet *oblatio chriſtianorum*, per quam Aegy-

Aegyptia matrona iuravit. Quod ſi quis mihi memoret teterrimum exemplum impii presbyteri Novatiani, qui miſeris quibuſque hominibus ad eucharisticam communionem accedentibus, ut narrat Euſeb. lib.vi. H.E. cap.43., eorum conſtrictis manibus, haec horrendum in modum inſinuabat: *Iura mihi per corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti te numquam meas partes deſerturum, nec ad Cornelium eſſe rediturum*; intelligat is coram *ſolis initiatis*, & in eo loco, quo nemo gentilium admittebatur, huius etiam iuramenti formulam, ore quamvis ſacrilego, a ſceleſto illo, furentique ſchiſmatis auctore fuiſſe pronunciatam.

Erit, qui paullo acrius in hanc noſtram Aegyptiam feminam ob emiſſi iurisiurandi cauſſas inquirendum putet. Mihi vero ſine ulla difficultate perſuaſum ſic eſt, chriſtianam mulierem divinitus motam ad operam ſuam conferendam curationis prodigio, in eo fuiſſe diſcrimine poſitam, in quo, rebus omnibus ſpectatis, intellexerit Dei, & S. Coluthi gloriam poſtulare, ut

in

in publico conventu, ubi & mixti gentiles inveniri fortaſſe poterant, fidei, honeſtatis, & innocentiae ſuae famam, adiecta ſacramenti religione, ſolemni veluti ritu purgatam redderet, atque teſtatam.

(11) **ⲡⲭⲟⲉⲓⲥ**. *Dominus*. Raro, ut admonet La-Crozius in lexico Aegyptiaco-Latino, vox iſta in Sahidica, ſive Thebanenſi dialecto, **ⲛ̂ⲟⲥ** legitur, compendio ſcripta. In fragmento antiquiſsimo cap. XVI. & XVII. Iſaiae Proph. **ⲡⲭⲟⲉⲓⲥ** cum ⳓ gemina puncta ſupra ſe picta gerente ſemper repraeſentatur. Sed nihil arcani in eo nomine per hanc ſcribendi rationem inſinuatur. Nam littera ⳓ in omnibus omnino vocibus binis hiſce punctis diſtincta effingitur, quod fieri nuſquam vidi in aliis pluribus Borgianis fragmentis a me antea indicatis. In hoc tamen noſtro, praecunte alia vocali, ⳓ, habet duo illa puncta ſuperne depicta; praeterquam in **ⲡⲭⲟⲉⲓⲥ**, aliiſve paucis vocabulis. In com-

communiMemphitarum dialecto ⲡϫⲟⲉⲓⲥ per notam compendiariam perpetuo ſcribitur ⲡ̅ⲟ̅ⲥ ; & *ab Aegyptiis hodiernis*, eodem admonente La-Crozio, *Ibſcheus* effertur. Quod cur fiat, niſi corruptae pronunciationis cauſſa, ego prorſus ignoro.

(12) Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ⲁⲥϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲛ ⲉⲣⲱⲧⲉ ⲁⲥⲙⲉϩ ⲛ̀ⲃⲁⲗ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ. Manichaeorum ſecta in Aegypto graſſabatur. Hi vere impii, & nefarii homines, ut nuptias, & generationem prolis tamquam opus diaboli averſabantur, ſic & lac alimentum prolis averſari debebant. A *lacte* profecto, teſte magno Auguſtino in lib. de haer. abhorrebant. At vero Deus, cuius ſapientia ubique mirabilis eſt, ut oſtenderet creaturae ſuae, quam fecerat, bonitatem, & chriſtianos homines ab ea etiam erroris impietate arceret, in huius prodigioſae curationis opere *lac* adhiberi fortaſſe voluit. Ceterum non lac expreſſo ubere fluens pia matrona in oculos caeci inſtillavit, ſed volae ſuae cavo,

aut

aut etiam vaſculo, quantum ſat erat, modeſte exceptum uni, & alteri oculorum admovendo infudit; eoque pacto totam eorum extimam orbitam madefecit; ſic enim oculos lacte *impleviſſe* dicitur. Ⲙⲉϩ idem ac ⲙⲁϩ aliquando reſpondet Graeco ἀντλεῖν, quod non modo *aquam haurire*, ſed & *hauſtam infundere* ſonat. Ⲁⲥⲙⲉϩ proinde hoc in loco aliud nihil ſignificare poteſt, quam infuſionem lactis in exteriores oculorum tunicas, quas caecus, utpote ex pertinaci morbo obſeratas, ac motu vitali deſtitutas ante hanc horam diſcludere numquam potuerat. Dum vero lac infudit ſic oravit, & dixit: *In nomine* ⲛ̀ⲛ̀ϭⲟⲙ *virtutis* (ſive *virtutum*) *S.Coluthi veri medici*; invocationem ex regula fidei δυνάμει ſcilicet, ut aiunt Theologi, *virtualiter* referens in Deum, quem uti ſupremum, & abſolutum exſpectati miraculi auctorem intuebatur. Hinc fit, cur ſupra adverbium ⲛ̀ⲧⲉϩⲓⲉ *ſic*, eminens cerna-

cernatur picta figura CRUCIS, tamquam singulare signum Christi crucifixi. Ita vero demonstrat, quod quicquid in ea prima actione haec bona mulier & gessit, & dixit, ad supremam SS. Triadis, & Christi crucifixi virtutem integre, sancteque retulit.

(13) Ⲥⲱⲧϥ ⲇⲉ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϯⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲕ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ. Quod ⲥⲱⲧϥ est in Sahidarum dialecto, ⲥⲁⲧⲟⲧϥ dicitur in Memphitica, & respondet Graeco εὐθέως *statim* Iohan. v.9., & Marc. 1. 10. 18. 30. 42. Caecus itaque oculos, quos antea nec aperuerat, nec ulla naturae vi aperire poterat, statim ac mulier lac eis infudit aperuit: eoque tam repentino, ac inopinato eventu commotus exclamavit: *credo tibi sancte Coluthe*. Hinc intelligere licet, quod qui hoc tantum in loco se credere S. Colutho testatur, convictus felici auspicio recuperandae lucis, antea aut nihil,

aut

aut certe parum ei se credidisse demonstrat. Idque etiam valet ad ea confirmanda, quae de caeci incredulitate *in supplemento* coniecimus.

(14) Ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲉⲓⲉⲣϩⲉ. Recte observat La-Crozius ⲛⲁⲩ coniunctum cum ⲙ̀ⲃⲟⲗ, ⲛⲁⲩⲙ̀ⲃⲟⲗ *ut plurimum* in communi Aegypt. lingua *significare receptionem visus amissi*. Hoc idem accidit in Thabenensi. Non totam quidem neque perfecte vim discernendi obiecta caecus noster receperat. Sed de eo, qui videndi, discernendique potentiam extinctam habebat, si deinde, divina agente dextera, videat, & quae videt aliquantulum saltem discernat, recte dicitur recuperasse visum amissum, quemadmodum Marci cap. VIII. vers. 24. & 25. ⲉ̀ⲧⲁ̀ϥⲛⲁⲩ ⲙ̀ⲃⲟⲗ de caeco dicitur, qui primo ita visum receperat, ut res *confuse* tantum videret, & iterum de eodem ipso, qui perfecte sanatus omnia deinde

de clare, & dîstincte videbat, dicitur ⲁϥⲛⲁⲩ ⲙ̀ⲃⲟⲗ. In priori enim loco v. 24. Coptus exacte respondet Graeco ἀναβλέψας ab ἀναβλέπω, quod *visum recipere* sonat, in posteriori vero v. 25. pro ἐποίησεν ... ἀναβλέψαι, habet simpliciter. ⲁϥⲛⲁⲩ ⲙ̀ⲃⲟⲗ ἀνέβλεψε. Quam lectionem miror cur Millius in nov. Test. Oxon. edit. pag. 109. sub not. va iantis (*d*) inobservatam reliquerit, qui mox ad not. (*f*) pro ἀνεβλέψε laudat Coptum.

(15) Ⲁⲥⲙⲉϩ ⲛⲉϥⲃⲁⲗ ⲙ̀ⲡⲙⲉϩ ⲥⲟⲡ ⲥⲛⲁⲩ ⲁⲩⲧⲁⲩ ⲉ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉ̀ⲡⲉϩⲟⲩⲟ. Ex his nonnemo fortasse putabit vim lactis *secundo* infusi concitasse totum hocce ⲉ̀ⲙⲟⲟⲩ *aquarum* profluvium, unde ea omnis morbi species, qua oculi caeci laborabant, sublata penitus, ac dissoluta e vestigio fuerit. Lac etiam comparabit cum *felle piscis*, quod a Tobia filio oculis Tobiae patris impositum acres in eis dolores, quasi per horae

dimidiae ſpatium excivit, atque ita divulſa a *cornea* pellicula ab albugine inducta, ei viſum protinus reſtituit. Sic is putet, & ſic demum quomodocumque velit comparet inter ſe utriuſque collyrii vires, dummodo prodigium in una & altera ſanatione agnoſcat, illudque ſaltem repetat tum a ſuperna revelatione pharmaci, tum a celeritate curationis, quae tam brevi tempore perfici a tarda natura non poterat. Nam in ea, quae cap. XI. v. 13. & 14. in θεοπνεύστῳ Tobiae lib. legitur, praeter Scripturae verba, quibus ſatis clare miraculum exprimitur, cauſſae illae duae tam efficaces viſae ſunt viro ſummo, & inſigni Theologo Guillelmo Eſtio, ut opus ſanationis, non naturae, ſed divinae omnipotentiae molimini adſcribi oportere demonſtrent. At ego non tam facile conceſſerim aut caecum noſtrum Aegyptium eodem; quo Tobias, *albuginis* morbo in oculis laboraſſe, aut lac muliebre eamdem, quam fel *lucii*, *callionymi*, *ſcilluri*, ſive alterius cuiuſvis piſcis, in hoc, quo de agi-

agimus, ὀφθαλμίας genere, *naturalem* habuiſſe virtutem. Caecitas viri Aegyptii orta videtur ex morbo, qui vel in nervo optico, vel in muſculis motoriis, vel in pupilla, aut certe in vitiatis humoribus ſitus eſſet. De lacte vero id unum lego apud Hippocratem ſect. v. pag. 636: πρὸς ἄργημον αἰγείῳ δάκρυον γάλα γυναικεῖον μίξας χρῶ, *ad albuginem, populi lacrima cum muliebri lacte mixta utere*. Finge iam tu morbum nudum λευκώμα fuiſſe, tam ne levis, & ineptus eris, ut vel iterata huius *lactis* aſperſione, quaſi naturali remedio, eum ſtatim ſolvi, & evaneſcere potuiſſe coniicias? Sed heic non de *leucomate*, ſed de ὀφθαλμίᾳ agitur ſaltem ex vitiatis humoribus nata, quam certe lac mulieris ſemel & iterum oculis caeci adſperſum tam brevi tempore tollere nullo modo poterat. Nec, ſi materies aliqua in ſanationum miraculis adhibita legatur, colligendum ſtatim eſt, eam vi ſua morbum naturaliter depuliſſe. Vide cap. IX. evang. Iohannis. Luto Chriſtus dominus linivit oculos caeci

nati, eique iuſſit ut illos ſibi ablueret in natatoria Siloë. Iuſſa fecit, & viſum perfectiſſime confeſtim recepit. Et tamen, quid potuit in hoc tam inſigni miraculo *lutum*, niſi eum occaecare, qui caecus non eſſet? Exemplum ſi modo quaeras de pharmaco divinitus revelato, ſed naturaliter, quoties morbus rediret, ſanante, accipe ſis ex miraculis S. Stephani protomartyris, quae narrat S. Auguſtinus lib. XXII. de Div. Dei c.8. num. 14. Verum & inde intelliges, *lac a S. Colutho* revelatum, non eius generis fuiſſe *collyrium*, ut vim naturalem haberet reſtituendi lumina caeco.

(16) ⲈⲠⲒⲤⲀ ⲘⲈⲚ ⲠⲀⲒ. Similis formae litterae ⲡ & ⲛ cauſſam praebuere amanuenſi, ut ⲠⲀⲒ fortaſſe ſcriberet pro ⲚⲀⲒ: *in hanc* ſcilicet *partem*, *& illam*; quod eſt in verſione noſtra *huc*, *illuc*. Memphitae dixiſſent: ⲉ ⲙⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲙⲛⲁⲓ. At noſter iſte Tebannenſium more ⲈⲠⲒⲤⲀ adhi-

adhibuit pro ⲉ̀ ⲙⲛⲁⲓ. Ubi tamen ⲡⲁⲓ retinendum putaveris, vertas necesse est: *hinc & hinc*.

(17) Ⲁⲓⲉⲓⲱⲣ. Si ⲓⲟⲣϩ, ut La-Crozius ex Kirchero refert, *pupillam oculi* exprimit, vix dubitarem quin ⲓⲱⲣ in hac nostra voce ⲁⲓⲉⲓⲱⲣ mutato ⲟ in ⲱ, & neglecta aspirata ϩ, quemadmodum apud Tebannenses saepissime fieri novimus, idem prorsus significare vellet. Tum vero ⲁⲓⲉⲓⲱⲣ sic reddi postularet: *Vere mihi venit pupilla oculi bene*; indicaretque vetus oculi vitium inhaesisse pupillae. At huius vocabuli originem repetendam arbitror vel ab Hebraico אור *or*, vel a Graeco ὁρᾷν, ut proinde aliud nihil sonet, quam *venit mihi lux*, sive *visio ipsa bene*: unde & ⲁⲓⲉⲓⲱⲣ pro simplici *video* in versione nostra accepimus.

(18) Ⲁⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲱⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲉⲕⲓⲃⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ

ὲ̀πεχ͞ϲ ὲ̀ν πμαειν ὲ̀πεϲταυ//

ρυϲ. Hinc certe vides religionem, & fidem huius noſtrae praeſtantiſſimae feminae, quae non a *lactis* materie, ceu quodam naturali collyrio, ſed a ſuperna poteſtate nominis, & crucis Chriſti vim omnem ſanandi repetebat. Huc ſpectat ſignum ſacroſanctum Dominicae paſsionis, quo integra corporis ſui membra, & ubera ipſa, interea dum omnipotentiſſimum Chriſti Salvatoris nomen invocaret, pia, caſtaque mente conſignavit. Ac ne quis novum putet, quod mox de Thebea muliere audivimus; ſimile quiddam iam inde ab Apoſtolicis temporibus factum legimus a nobiliſsima virgine Corinthiaca. Haec enim, immanis, & turpiſsimi iudicis iuſſu, in *proſtibulum* miſſa, inſtructa deinde, & animata a probo adoleſcente *Magiſtriano*, ὅλην ἑαυτὴν σφραγίσασα τῷ μυϛηρίῳ ϛαυρῷ, *quum ſe totam ſigno crucis obſignaſſet, egreſſa ex illo loco omnino incorrupta, & impolluta, ſervata eſt Chriſti gratia,*

tia, *& cauſſa adoleſcentis*, *qui eam ſanguine ſuo liberavit a turpi vitio*, quique die ſequenti obiectus beſtiis *martyr* occubuit. Ita Palladius c. 149. H. L. ex antiquiſsimo libro Hippolyti τῦ γνωρίμυ τῶν Ἀποςόλων, *qui fuit*, ut ille ſcribit, *familiaris Apoſtolorum*. Ceterum curationum miracula, quae in eccleſia catholica per *ſignum ſanctae Crucis* facta iam fuerant, quaeque ſuo adhuc aevo fieri Aegyptia noſtra cognoverat, ſplendidiſsima erant, & per ora fidelium ubique vulgata. De *S. Macrina ab horribili tumore* per τὴν ἁγίαν σφραγίδα *ſanctum ſignum* repente, perfecteque in Ponto Aſiae minoris civitate curata, narrat in eius vita S. Gregorius Nyſſenus. De *Innocentia matrona religioſiſſima ex primariis Carthaginis civitatis* in Africa, a cancro *ſigno crucis Chriſti* confeſtim ſanata, teſtis eſt locupletiſſimus Auguſtinus lib. XXII. cap. 8. de Civ. Dei. Quid, quod tota Aegyptus, & Thebais in primis veluti princeps, & praeclariſsimum iſtiuſmodi prodigiorum theatrum merito dici, & haberi poterat?

In actis & vita S. Antonii a magno Athanasio scripta vix quicquam tam alte extollitur, & commendatur, quam salutiferae, & vivificae crucis Christi signaculum. Si Monachi illi, viri sanctissimi, miraculorum gratia donati morbos passim curabant inunctis oleo laesis aegrotantium corporum membris, ea nonnisi signo sanctae crucis consignare solebant. Neque id solum; sed & cum signo crucis semper aut *expresse*, aut *tacite* non unius tantum Christi, verum etiam totius SS. Trinitatis invocationem eos coniunxisse arbitror. Haec enim, ut ego & credo, & sentio, simul cum forma sancti baptismatis ab exordio ecclesiae & nata, & propagata est. Cui statuendae rei, si cetera deessent, unum sat esse posset *Fragmentum* Aegyptiacum miraculorum S. Macarii ex antiquissimis ruderibus in Thebaide erutum, &, ut notae omnes *palaeographicae* indicare videntur, a synchrono scriptore exaratum. In eo enim de viro illo admirabili, quem, si Alexandrinus is erat, obiisse tradunt

an.

an. 402. haec legimus ἀνέκδοτα: ⲛ̀ⲧⲉ⸗ⲣⲉϥϯ ⲙ̀ϩⲁⲙⲏⲛ ⲛ̀ϧⲓ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲁϥϯⲟϩⲥ̀ ⲙ̀ⲡ⸗ⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲃⲏⲥⲁⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲛⲉϩϥϫⲱ⸗ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲙ̀ⲛ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙ̀ⲛ ⲡⲉⲡⲛ̄ⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲃ.

Quum signum efformaret S. Abba pater fratrum, (hoc eum nomine Scetenses monachi appellabant,) *unxit* (oleo) *corpus Besamonis* (aegroti), *sic dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

(19) Ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙⲛ̀ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ. Iam pia mulier corpus suum omne, & mammas, in Christi nomine per signum crucis, ut mox audivimus, consignaverat, quum ad lac caeci oculis *tertio* infundendum accessit. Idque illa fecit magna certe fide, atque spe *invocans nomen Dei, & Sancti Coluthi*. Ex hoc vero ritu hodierni hagiomachi, dum aequi esse velint, & sana ratione utantur, facile intelligere poterunt non

modo

modo quam antiqua, ſed & quam grata, & accepta Deo ſit invocatio Sanctorum ad ea, quorum indigemus, beneficia, & munera conſequenda. Dei nomen eſt, quod in Martyrum, aliorumque Sanctorum nominibus *religioſe* interpellandis, *principaliter* invocatur. Illud eſt *primarium*, *unicum*, *ſummum*, *& neceſſarium* obiectum, a quo incipit, atque progreditur; quo demum tota refertur, & in quo tamquam in fine ultimo ſiſtit, atque conquieſcit mens, & intentio invocantis, fidei, ſpei, & caritatis actibus animata. Iſta vero ſecundi veluti gradus, & ordinis, obiecta ſunt invocationis, κατὰ χρήσιν, & σχέσιν ſic dicta *ex quadam* ſcilicet *abuſione vocis*, *& relatione*, quatenus per ſanctorum *interventum*, & μεσιτείαν interpellantium preces referuntur in Deum. In quo nihil eſt, quod detrahat honori uni ſupremo Numini ſingulariter debito, quodque non maxime deceat ſummam maieſtatem Excelſi, qui per Sanctos famulos ſuos, perque Martyres religionis ſuae teſtes, ac defenſores invocantium

cantium vota ad gloriam ſuam exaudire dignatur. Sic & Sancti Coluthi nomen in hac ipſa invocatione nomini Omnipotentis ſubiicitur, ut eum locum teneat, quem tenet apud univerſorum Dominum interceſſio ſimplicis mediatoris. Hanc fidei regulam probe norat illuſtris matrona; & ideo exordium invocationis *a Chriſto* ſumpſit, quippe qui *unus eſſet* mediator, per quem ſolum interventio S. Coluthi vim ſuam habere poterat. Haec ex publica Eccleſiae diſciplina accidiſſe arbitror ſaeculo IV. etſi miraculi ſcriptionem, ut ſeveriores critici in illius antiquitate approbanda non admodum difficiles eſſent, paullo liberius quam forte debebam, in tempora protraxerim ſaeculi V. Dallaeus fatetur quarto ipſo ſaeculo morem invaluiſſe invocandi Sanctos; quo cum etiam conſentiunt *Strictiurae Anti-Boſſuetianae Alberti Zumfelde* a Cruſio editae; ſed morem hunc *tribus prioribus ſaeculis ignotum* contendit. At vero, ut cetera mittam, quae magnus Epiſcopus Boſſuetus ubertime pro-

protulit, vel haec una mulier e medio christianae Thebaidis Dallaei figmentum satis superque refellit. Nam ritum, quem in invocatione S. Martyris adhibuit, acceperat ab antiqua *fide*, atque *doctrina*, & ea quidem non a viventibus tantummodo genitoribus, qui praesentes miraculo aderant, sed a vetustioris aevi *maioribus* in familiam suam serosque nepotes propagata. Hi enim sunt, de quibus ante dixerat: *credo per fidem nobilitatis meae, & per doctrinam* ⲛ̀ⲛⲁⲉⲓⲟⲧⲉ *patrum scilicet, maiorumque meorum.*

(20) Ϣⲧⲁⲙ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲟⲩ//ⲕⲟⲩⲓ. Cur caeco iam sanato, & qui oculos mire apertos gerebat, iusserit mulier, ut eos parumper clauderet, divinare nequeo. Fortasse id ita voluit, ut hoc etiam experimento spectatoribus demonstraret, *vim motricem* in libere aperiendis, claudendisque oculis (dum eam, uti suspicati sumus, amiserat) integram, peracto miraculo, revixisse.

(21) Tε//

(21) Ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛ̀ⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛⲉⲥ//ⲧⲁϫⲣⲏⲩ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ. Is est fructus, & finis, ea est veri germanique miraculi nota, ut vel ad unius summi Dei cultum, puramque Christi fidem excitet non credentes, vel iam credentes in eadem fide confirmet. Alterum hoc feliciter accidit Thebanae mulieri, quae & heic utpote claro sanguine nata *nobilis* appellatur, & viso miraculo *in fide* Christi *confirmata est*.

(22) Ϣⲏⲙϣⲏⲙ. Ex hoc derivatum puto Latinorum *sensim*, quod & Cicero aliquando adhibuit cum addito, *sensim sine sensu*. De re enim dicitur, quae ex arcana vi quadam intus agente quiete, occulteque succrescit, ut incrementi gradus vix sensibus patefaciat. In eum vero modum *sensim* hoc in loco usurpatum designat *exordium* prodigiosae sanationis a Deo in vitiatis oculorum organis primitus excitatum, & per illius deinceps extraordinariae virtutis, & actionis continuationem quasi per gradus ad perfectam usque pristi-

priſtini luminis facultatem, & uſum ſecreto, latenterque productum. Sed ſimul etiam *terminos* exprimit, unde metiri liceat momenta temporis, quibus Deo placuit opus ſuum admirabile exterius manifeſtare. Hinc ⲥⲩⲛⲉⲉⲥⲩⲛⲉⲉ a ⲥⲩⲁⲉⲉ, vel ⲥⲩⲟⲉⲉ Memphitico, quod eſt *comminuere*, *attenuare*, λεπτύνειν, Copto-Arabes ad cap. XXX. Iſ. v. 14. قطعة قطعة interpretantur *fragmenta*, ubi Graeci legunt λεπτά. Sicque قطعة *ſegmentum*, *pars*, & *portio* vertitur apud Golium, alioſque. Quapropter ſi in hac hiſtoria noſtra, ⲥⲩⲛⲉⲉⲥⲩⲛⲉⲉ, de temporis partibus uſurpari conſtituas, facile coniicies mulierem, quae ſic loquitur, ſignificare voluiſſe admirationis ſuae ſenſum ex quo viderat ſanationem fuiſſe caeco *ad momenta*, ſive *ad intervalla exigua* temporis divinitus impertitam. Et re quidem vera *duo* dici poſſunt *momenta*, quibus miraculum accidit; alterum quando caecus ad primam lactis infuſionem videre, ſed *debiliter*, coepit,

pit, alterum quando omnia clare, acriter, & perfecte vidit; quemadmodum in ſuperioribus adnotationibus 15, 17, & 19 iam obſervavimus. Non audeo equidem miracula Chriſti, nec ea, quae in divinis Scripturis celebrantur, cum aliis quibuſvis Sanctorum miraculis comparare: ſed ſi quid luminis ex iis ad cetera cognoſcenda haurire conceditur, exemplum caeci, quod paullo ante ex cap. VIII. evang. Marci commemoravimus, ad praeſentis ſanationis prodigium explicandum nonnihil conferre poſſe crediderim. *Exſpuit* Dominus *in oculos* caeci, *ſputo*, ut cum Chryſologo ſerm. 176. loquar, *vacuas oculorum* replens *lacunas*, *divino ore luciferam dans ſalivam*; & *impoſuit illi manus*. Tum vero caecus luminis *auroram* primo recepit; *imperfecte* ſcilicet, & *confuſe* res vidit, *homines* cernens *velut arbores ambulantes*: *deinde iterum* Chriſtus *manus impoſuit ſuper oculos* caeci: & ille ſecunda hac vice ſtatim *perfecte* vidit, *reſtitutus ita ut clare videret omnia*. Quaerenti vero cur Chriſtus non ſubito,

bito, ſed ex intervallo amiſſa lumina reſtituerit caeco, ad illuſtriorem, certioremque miraculi demonſtrationem id factum dicent veteres, novique evangeliorum interpretes, aut certe ad menſuram fidei, quae ab initio exigua, deinde ardentior in caeco evaſit, ſuum ipſius ſanationis opus Dominum exordiri, & mox perficere voluiſſe docebunt. Quid ni vero & ſimile quiddam in huius noſtri Agyptiaci caeci curatione eveniſſe coniiciam? Neque enim id mihi nuper quaſi novum in mentem venit. Eodem namque exemplo uſus eſt ſaeculo VI. vertente Euſtathius presbyter in vita S. Eutychii Patriarchae Conſtantinopolitani n.49., ubi de miraculo agens exſiccati pueri ad priſtinam valetudinem a viro ſancto ὡς κατὰ μικρὸν *paullatim*, ut vertit Papebrochius, reſtituti, *videmus*, inquit, *etiam Dominum noſtrum arcano quodam conſilio infirmos quoſdam non ſtatim ſanaſſe*, caecos nempe duos, alterum Iohan. cap. IX. v.6. & 7., alterum Marci c.VIII., eorumque *ſanitates* concludit *fuiſſe* κατὰ μικρὸν *paul-*

paullatim a Domino conceſſas ob eas cauſſas, quas novit is, qui quod cuique utile ſit, cognoſcit.

(23) **Ⲛⲣⲙ̀ⲉⲓⲏ**. Dubium mihi ſuboritur de hac voce, num forte in mendo cubet. Nam **ⲛ̀ⲣⲙ̀ⲉⲓⲏⲓ** *domeſtici*, legi deberet. Tebannenſes enim perinde atque Aegyptii ceteri *domum* appellant **ⲏⲓ**, quemadmodum legitur tum in hoc primo, tum etiam in miraculo II. **ⲁϣⲡⲉ-ⲡⲏⲓ**, & in alio *Borgiano* fragmento pag. **ⲯⲃ.** **ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲙ̀ⲛⲧϩⲙ̀ⲛ ϩⲁⲗ** *a domo captivitatis ſuae*. Suſpicor ego tamen in **ⲏ**, cui *lineola* (quae ſolet eſſe nota litterae deficientis in pronunciatione ſupplendae) ſuperducta cernitur, **ⲓ**, ſubindicari. At de re, quae a regula deflectit, nec ullo certo exemplo innititur, nihil ſtatuere velim. Memphitae **ⲣⲉⲙⲛ̀ⲏⲓ** perpetuo ſcribunt, Gr. οἰκιακοὺς, οἰκείους, οἰκετὰς *domeſticos*, quo nomine ſervos, adminiſtros, & familiares intelligunt.

gunt. Quare iidem ipsi, qui Matth. c.x. v.36. dicuntur οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ *domestici eius*, Micheae c.VII. v.6. ⲛⲏⲉⲧϩⲉⲛⲡⲉϥⲏⲓ appellantur, omnes scilicet, qui ad domum, familiamque eius spectant. Sed & Act. c.x. v.7. δύο τῶν οἰκετῶν, ut Graecus vocat *duos domesticos*, Coptus vertit ⲉ̀ⲃⲱⲕ ⲃ̅ *servos duos*. Origeni in lib. *de Orat.* n.27. & 28. οἰκέτης est *servus emptus*, unde & Hesychio ὁ αἰχμάλωτος, καὶ ὁ ἐν οἴκῳ ὤν, servus *captivus*, *& quicumque domi est*. Tales erant ii, qui caecum nostrum ad martyrium S. Coluthi adduxerant, famuli scilicet, qui ei tamquam *domino* obsequentes praesto aderant, & quaecumque necessaria erant, ut paullo post diserte narratur, administrarunt.

(24) Ⲛⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲟ//ⲩⲟⲉⲓⲛ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲉ̀ ⲙⲛ̀ ⲟⲩϫⲱⲕ. Ad illustriorem miraculi ostensionem novum veluti argumentum a *lumine* ducitur, quod non diu tantum radiante sole, sed & ipsius *noctis* tempore cereis, atque lampadibus

padibus *in martyrio* S. Coluthi ardentibus, ſanatus miro gaudio affectus inter domeſticos, alioſque ibi verſantes, abſque ulla difficultate *vere, perfecteque cernebat*.

(25) **Ⲛⲧⲕ̀ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲉⲕϩⲁ ⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ϫⲉ...** Advertant haec animo Hagiomachi, & deſinant quaſi ſuperſtitioſam, & idololatricam calumniari invocationem, & cultum SS., qualem iam inde a priſcis eccleſiae temporibus Romanae communionis fideles ubique terrarum ſervarunt, hodieque integerrime ſervant. Non S. Coluthus, cuius interceſſio implorata fuerat, ſed *Deus* S. Coluthi ille eſt, cui tamquam unico miraculi effectori tota demum laus, honor, gloria, & gratiarum actio tam laetis, ardentibuſque clamoribus a caeco illuminato tribuitur: *Tu magnus es, tibi gloria, o Deus S. Coluthi*: verba erant iis ſimilia, quibus ad praeclariſſimi miraculi ſpectaculum, Auguſtino ipſo praeſente, tota perſonabat Hipponenſis eccleſia: *Deo*

gratias, *Christo laudes*; qua de re vid. serm.323.n.4.To.V. Norat ex publica christianorum doctrina gratus ille homo, qui iam sanatus fuerat, quid a se cuperet S. Martyr Coluthus. Nam, ut ait idem S. Doctor Aug. cit. lib. *de civ. Dei* c. 10. SS. Martyres, qui haec miracula faciunt, *nec laudes suas volunt esse sacra sua, sed totum quod veraciter laudantur, ad eius gloriam proficere in quo laudantur*. Unde serm.319. n.7: *Per conservum*, inquit, *beneficia sumamus, honorem, & gloriam Domino demus*.

(26) **Ⲛⲑⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲁⲣⲭⲏ**. Genus est locutionis, quo simul & inveterata caecitas soluta, & pristini luminis perfecta recuperatio indicatur. Illudque comparandum puto cum eo, quod Isaias adhibet cap.1. v.26: Καὶ ἐπιςήσω τοὺς κριτάς σου ὡς τὸ πρότερον, καὶ τοὺς συμβούλους σου ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ubi ὡς τὸ πρότερον, & ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, vulgatus noster recte vertit *sicut prius*, *sicut antiquitus*. Est enim **ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲁⲣⲭⲏ** idem cum Graeco illo ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς.

Raro

Raro in Pſalmis, & N. T. Copt. mihi ea locutio occurrit. Nam pro ἀπ' ἀρχῆς Coptitae frequentiſſime ſcribunt ⲛ̀ⲥⲩⲟⲣⲡ, ⲓⲥⲭⲉⲛ ⲛ̀ⲥⲩⲟⲣⲡ, & ⲓⲥⲭⲉⲛ ϩⲛⲥ, quamquam ⲥⲩⲟⲣⲡ quandoque etiam ἄρχαιον *antiquum* ſonat. Tantum Iohan. cap. VIII. v. 25. ⲛ̀ⲧⲁⲣⲭⲏ, Gr. ἀρχὴν, *principium*, & ἀπ' ἀρχῆς, iuxta immortalis Mazochii interpretationem Tom. III. *Spicilegii*, itemque ep. II. S. Petri c. III. v. 4: ⲓⲥⲭⲉⲛ ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲛ̀ⲛⲓⲥⲱⲧ : ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, *ab initio creationis*, legitur.

(27) **Ⲉⲛ ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲟⲛ.** *Martyrium* proprie, & ex primigenia inſtitutione ſua locum deſignat, ubi vel integrum corpus, vel reliquiae SS. Martyrum reconditae aſſervabantur. Eo vocabulo uti coeperunt Euſebius in primis, aliique eccleſiaſticarum rerum ſcriptores poſt redditam pacem eccleſiae, ſub magni Conſtantini imperio, quo tempore ad Martyrum ſepulcra aedes ſacras ubique terrarum eri-

gere chriſtianis populis licuit. De ceteris, quae huc ſpectant, vide magnum Card. *Baronium* in not. ad *Martyrol. Rom.* die 26. iulii, & 5. aug. Ad eum enim nos mittit Ruinartius ipſe in Act. SS. Theodoti, & VII. Virg., cui addeſis cl. Praeſulis Stephani Borgiae libr. *de Vaticana confeſſione B. Petri* pag 35. & alibi. In Aegypto viri, mulieresque fideles conſueverant ſanctorum martyrum corpora linteis involuta, & in lectis repoſita honoris cauſſa aſſervare domi. Quem ego morem ad tempora perſecutionis Diocletiani, & Maximiani referri oportere crediderim. Sed eam tam indecori moris licentiam aegerrime ferebat magnus Abbas Antonius, qui, teſte Athanaſio in eius vita n.90. *Plerumque rogarat Epiſcopos, ut ea de re populos monerent: ſimiliterque laicos pudore afficiebat, mulieresque obiurgabat.* Et n.91. ſub vitae ſuae finem alloquens diſcipulos, *ſcitis*, aiebat, *quantum eos ſaepe obiurgavi, qui haec agerent, praecepique, ut ei conſuetudini finem facerent.* Nulla tamen cauſſa eſt, cur

cur ego credam eamdem consuetudinem in *Thebaide* viguisse. Eam enim Antonius in unam praefecturam proprie dictam Aegypti irrepsisse agnoverat, & improbaverat. Certe quidem *S. Coluthi* μαρτύριον *martyrium*, in quo illius sacrum corpus proculdubio honorabatur, in agro Antinoopolitano celeberrimum erat, antequam eo *Palladius* pergeret. Palladius autem an. circiter CCCXCII. Antinoopoli versabatur, eiusdemque martyrii idem ipse mentionem facit c.89. p.146. H. Lausiacae Gr. editae à Iohanne Meursio, & cap.139. tom.XIII. Bibl.PP. à La de-Bigne p.1041. Haec ignoravit auctor Synaxarii Coptici, qui propterea *Coluthum a parentibus linteis involutum, & optimo loco repositum* simpliciter narrat, nihilque de illius certo sepulcro, atque *martyrio* indicare novit. Verum antequam finem facio, castigandam arbitror oscitantiam, atque licentiam *Elmacini*, qui lib.III. H. Sarac. ad an. Heg. CCCLXXIII., Chr. DCCCCLXXXIII. de *Adaduddaula* Rege Mahummetano scribit, *translatus e sepulcro*

ſuo, *Bagdado*, *Cufam* قدفن بمشهد امير المومنين *ſepultus eſt in loco martyrii*, ut vertit Erpenius, (*Imperatoris fidelium*) *Alis F. Abutalibis*. Nam etſi Mahummedani ea voce impie abuſi ſint ad ſepulcrum Califarum ſuorum indicandum, Chriſtiano tamen ſcriptori ſimili vocabulo ad Mahummetanorum exemplum uti non licuit. Sed Elmacinus ea de cauſſa excuſari fortaſſe meretur, quod ſacrae martyrum aedes multo ante XI. ſaeculi tempora *martyria* appellari deſierint. Eas profecto كنيشة *eccleſiae* nomine perpetuo deſignat. Unde & Σωτήριον μαρτύριον, *Salvatoris martyrium*, Hieroſolymis erectum, & ἀνάστασις etiam ab Euſebio dictum, quemadmodum & *martyrium Bethlehemiticum* ab eodem Euſebio nuncupatum, Elmacinus p. 28. كنيشة القيامة *templum*, ſive *eccleſiam reſurrectionis*: & بيت لحم كنيسه *Bethlehem templum* vocat; adeo *martyrii* vocabulum Elmacini aevo antiquatum, quoties de templis, aedibuſque ſacris ageretur, ex Arabum

bum praesertim scriptorum usu, memoriaque ipsa exciderat.

(28) Ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ... ⲛ̀ⲧⲁϥⲙⲉⲛ ⲉ̀ⲩⲉ̀ ⲉ̀ⲡⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲉ̀ϯⲉϥⲥϩⲓⲙⲉ. Vir iste maritus est nobilis feminae, cui, viso miraculo, dolet se caussam praebuisse mali uxori suae, dum eam ab initio avertere studuerat a lacte uberum suorum subministrando caeco, ob metum & periculum publicae irrisionis, si forte exspectatum prodigium non evenisset. Ⲙⲉⲉⲩⲉ Tebannenses dicunt pro Memphitico ⲙⲉⲩⲓ, & ⲑⲟⲟⲩ pro ⲧϩⲟⲩ, vel ⲧϩⲱⲟⲩ ab ϩⲟ, sive ϩⲱⲟⲩ, quo heic intelligitur molestia, offensio, agitatio, turbatio, & indignatio animi, honestissimae illi, & fidelissimae mulieri parta. Itaque errorem suum aperta confessione declarans veniam petit a S. Colutho.

(29) Ⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ϩⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲥϩⲓⲛ ⲙⲉ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲣⲱⲙⲉ ⲁⲩⲉⲓ ⲉⲩⲣⲁϣⲉ. Memphitae ⲛⲓⲓⲟϯ

pro

pro Tebannenſi ⲛⲉⲓⲟⲩⲧⲉ dixiſſent. Eo nomine, ut iam obſervavimus, non uni γονεῖς, ſed *maiores* etiam πρόγονοι a Graecis ſic dicti, ſignificantur. Nam ἀπὸ προγόνων II. ad Timoth. cap. 1. verſ. 3: ⲓⲥⲭⲉⲛ ⲉϩ ⲛⲓⲓⲟⲩϯ vertunt Coptitae. Imo & *conſanguinei* quicumque apud Aegyptios haud aliter, atque *parentes* apud Latinos, quandoque intelliguntur. Sed hoc in loco genitores ipſos *patrem* ſcilicet, & *matrem* huius noſtrae praeclarae mulieris deſignari omni procul dubio exiſtimarim. Ita Luc. VIII. v. 56. ⲛⲉⲥⲓⲟⲩϯ *parentes illius* iidem ſunt ac ⲫⲓⲱⲧ ⲛ̀ϯⲁⲗⲟⲥ, *pater puellae*, quam omnipotentia Chriſti a mortuis excitavit ad vitam, & ⲧⲉⲥⲙⲁϩ *ipſius mater* v. 51., diſerte commemorati. ⲛⲉⲥⲛⲏⲥ vero Memphitis ⲛⲓⲥⲛⲏⲟⲩ, *fratres* ex iiſdem genitoribus nati proprie intelliguntur: iiſdemque reſpondent nomina ⲧⲁⲛⲥⲱⲛⲉ, & ⲧⲉⲛ-

ϣⲉⲉⲣⲉ,

ϣⲉⲉⲣⲉ, Memphit. ϯⲉⲛ-ⲥⲱⲛⲓ, & ϯⲉⲛ-ϣⲉⲣⲓ *soror nostra*, *filia nostra*, quibus eam & fratres, & pater, materque appellant, laetique celebrant, & honorant. Ⲛⲉⲥⲣⲱⲙⲉ *illius* scilicet *homines*, communi lingua ⲛⲓⲥ-ⲣⲱⲙⲓ, *servi* sunt *honestiores*; quo sensu *hominem* non Itali modo, sed & Latini, quorum omnium princeps est Tullius *Or. pro Quint.* accipiunt. Sic & Actor. x. v.7. ⲉ̀ⲃⲱⲕ ⲃ̅ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲁϯⲟⲓ ⲛ̀ⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲉⲛ ⲛⲏⲉⲑⲙⲏⲛ ⲉ̀ⲣⲟϥ *servi duo* Cornelii centurionis, *& miles pius ex iis, qui adhaerebant ei*. At iidem ipsi ⲛⲓⲣⲱⲙⲓ ἄνδρες a Cornelio missi v.17. appellantur.

(30) Ⲱ ϯⲉⲛϣⲉⲉⲣⲉ. *O filia nostra*, Graeci adverbium ω spiritu leni, & accentu circumflexo notant, ῶ. Ad huius formam accedit figura accentus, quam exhibent fragmenta duo, alterum monasticarum

rum admonitionum ad fratres, alterum miraculorum S. Macarii. Copti recentiores in mſs. editiſque codicibus ſimplici lineola diſtinguunt ὠ. In noſtro vero archetypo fragmento ineuntis ſaec. V., aut IV. vergentis non circumflexum Graecorum ˜, neque recentium Coptorum lineolam `, ſed alterum veluti ω, Ω *mega*, exiguae formae ſupra ſe pictum refert. De ceteris nihil eſt, quod moneam. Nemo enim non intelligit ea, quae ſequuntur, dicta eſſe parentum ad filiam.

(31) Ⲧⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲣⲙ̀ⲣⲁϣ. Iis, quae diximus de ⲣⲙ̀ⲣⲁϣ ad *not.9.* addeſis ex fragmento alio Borgiano complectente aſceticos ſermones aequalis fere antiquitatis ſententiam, quae pag. ⲡⲁ̅ 81. in haec verba concepta eſt ⲁⲩⲱ ⲉⲛⲟ̀ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̀ϩⲏⲙⲉⲣⲟⲥ ⲉⲛ ⲟ ⲛ̀ⲣⲙ̀ⲣⲁϣ ⲛ̀ϩ// ⲁⲣϣ ϩⲏⲧ ⲉⲛ ⲙⲉ ⲛ̀ϭⲱⲛⲧ. In ea enim, ni egometipſe fallor, agitur *de quiete reddente* hominem *mollem*, & *delicatum*, cu-

cuius *animum voluptas ducit in* illecebram, & *amorem tentationis*. Verum hoc in loco ⲧⲟⲩⲙ̀ⲛⲧⲣⲙ̀ⲣⲁϣ *comitatem* transtulimus, quod & orationis argumentum, & vox ipsa ex hactenus observatis huiusmodi interpretationem deposcere videatur.

(32) Ⲙ̀ⲛⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ. Ex Graeco εὐγένεια sic dicta apud Thebanos, *nobilitas* est, quae in S. Martyre *Colutho* celebratur. Huic adstipulatur vetus Coptorum traditio in eorum Synaxario posterorum memoriae commendata. Mihi tamen persuadere nulla ratione possum *generis claritatem* eam esse, quam fragmenti nostri scriptor per hanc vocem ⲙ̀ⲛⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ indigitare voluerit. Haec enim per illustria saecularis potentiae, & humanae virtutis facinora manifestatur. At *gloria nobilitatis*, de qua modo loquimur, a *S. Colutho* manifestata dicitur *per magnitudinem sanationum, & miraculorum*. Non alia igitur esse potest, quam quae propria est S. Martyris mortem pro Christo forti, invictoque

victoque animo perferentis. Huc spectat *locus* ex cap. 12. orationis Constantini ad Sanctorum coetum *de martyribus*, iudice Valesio, *elegantissimus*, ubi τοῦ μάρτυρος ... ἡ τελευτὴ πλήρης ... τῆς μεγαλοψυχίας, καὶ ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ, *martyris mors plena laudatur fortitudinis, & generosae indolis*, quam alias *nobilitatis* quis verteret, si verbum verbo (ruditer tamen) reddere vellet. Inde & *S. Blandina* inter martyres Lugdunenses celeberrima, licet *dominam temporalem* & ipsam pro fide Christi certantem haberet, tamquam ceterorum omnium divinorum Athletarum μήτηρ εὐγενὴς *mater nobilis* in ep. Lugdun., & Vien. eccl. apud Eusebium lib. V. Hist. E. cap. 1. nuncupatur. Quamquam itaque ego credam Coluthum natalium splendore Antinoopoli in Thebaide cummaxime claruisse, ad id tamen demonstrandum unam hanc vocem ⲙ̀ⲛ//ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ parum aut nihil valere existimarim.

(33) Ⲛ̀ⲛⲟϭ ⲛ̀ⲧⲁⲗϭⲟ ⲉ̀ⲧϥⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ

ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲉⲧϣⲁⲛⲉ ⲉⲧⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ. Praeclarum omnino cunctisque perspicuum fuisse oportuit miraculum in caeco peractum, quod non unius modo admirationis sensum, sed & fidei ardorem in spectatorum animis excitare, & incendere actutum potuit. Inde sequuta est ea, quae heic designatur, *magnitudo*, copia scilicet, & multitudo *sanationum*, quas deinceps S. Martyr Coluthus ceteris omnibus ⲛ̀ⲛⲉⲧϣⲁⲛⲉ, Memph. ⲛ̀ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲓ *gratis in se credentibus*, suamque implorantibus opem mirifice impertivit. Quodque maiori animadversione dignum est, haec omnia curationum prodigia patefacta sunt coram eo christianorum coetu, qui, quum *Antinoitani* essent, falsa, atque diabolica ostenta *Antinoo* Numini adtributa non ignorabant. Indeque est, quod Origenes lib. III. contra Cels. n. 36. de eo impudico Hadriani amasio scribens, *si quis*, inquit, *veritatis amans res Antinoî incorrupte perpenderit, inveniet* μαγγανείας ...

Αἰγυ-

Αἰγυπτίων & τελετὰς machinamenta Aegyptiorum, & mysteria *in cauſſa eſſe, cur illic Antinoopoli etiam poſt mortem quid facere videatur, quod fertur & in aliis templis fieri ab Aegyptiis, aliiſque earumdem artium peritis. Hi enim quibuſdam in locis δαίμονας μαντικὰς ἢ ἰατρικὰς* daemones ſtatuunt divinos & medicos, *qui ſaepe etiam animadvertant in eos, qui ipſorum leges de vulgaribus cibis, aut de non tangendo humano cadavere violant; idque ut vulgus imperitum terrefaciant.* Quamquam ſcriptores ſint, qui harum praeſtigiarum auctores fecerint ſacerdotes Antinoi, eoſque vehementer incuſent, quod ex abditis, ſecretiſque locis vel eadem ipſa, quae Hadrianus compoſuerat, reſponſa, & oracula darent. *Atque huiuſmodi eſt* (dicere pergit Origenes) *qui Antinoopoli ab Aegyptiis Deus exiſtimatur: cuius virtutes quidem comminiſcuntur, quibus inde queſtus eſt.* Nec tantum Origenis ſaeculo, ſed & IV. ſequenti diabolica iſta portenta a gentilibus, quorum, teſte Theodoreto, ingens adhuc numerus Antinoopoli erat de

de foedissimo *Antinoo* praedicabantur. Ita vero fieri nullo modo poterat, quin tota illa Antinoitanorum fidelium multitudo, quae in aede S. Coluthi versabatur, germana a fictis oraculis, & opera vere divina a praestigiis, atque a daemonum ostentis discernere probe, certoque valeret. Et inde est cur quotquot aderant, spectaruntque & reddita lumina caeco, & aliarum sanationum prodigia, concordibus vocibus in Dei, & S. Coluthi laudes mire laeti eruperint. Quae quidem omnia scriptor αὐτόπτης summa *simplicitate*, quemadmodum acciderant, enarravit, ne iis quidem ex utriusque miraculi historia *subtractis*, quae vel incredulis, vel criticis, & Aristarchis ipsis severioris ingenii ansam cavillandi, atque carpendi praebere poterant. Quod est, iudice Origene lib. III. contra Cels., certum indicium ingenui hominis, qui φιλαλήθως, & εὐγνωμόνως *cum veritatis amore, animique candore* scribat.

(34) Ⲁⲡⲟⲩⲁⲡⲟⲩⲁ̀ ⲉⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲛ//

ΤΑΥΤΗ ΕΡΗΤ ΛΑΟΟΥ ΔΕ ΠΕΥΗΙ ΑΥΤΟΔΑΥΕ ΔΙΑΠΑΡΤΗΡΙΟΝ ΛΕ// ΔΑΓΙΟΣ Κολοθθος. Supplevimus in ΛΑΟΟΥ, Λε, in ΠΕΥΗΙ, Η, in ΔΙΑΠΑΡΤΗΡΙΟΝ, Δ, quod hae litterae in eo lacerato *autographi* loco penitus detritae exciderint. At verba illa ΕΙΝΕ ΔΙΠΙΤΑΥ ΤΑΥΤΗ ΕΡΗΤ ΛΑΟΟΥ non ita intelligenda sunt, quasi tota populi multitudo se comitem caeco illuminato, & ab aede sacra discedenti ad ipsius usque domum adiunxerit; sed ita accipi debent, ut, eo recedente, & ceteri separatim recesserint ad suos quisque lares redituri. In iis vero, quae mox sequuntur, versio nostra corrigenda est. Ubi enim vertimus: *honorarunt martyrium S. Coluthi*, vertendum erat: *honorarunt in martyrio S. Coluthum*. Quod locutionis genus Palladius adhibuit c.67. Hist.Laus. Ibi enim de S.Martyre Apollonio in hunc modum loquitur: *quem nos etiam* ἐν τῷ μαρτυρίῳ εὐξάμενοι *in martyrio precati*,

ti, vidimus cum iis, qui cum ipso fuerunt martyrio affecti, & Deum adorantes ἀσπασαμεθα αὐτῶν τὰ σκηνώματα ἐν τῇ Θηβαίδι, *eorum corpora ſalutavimus in Thebaide.*

(35) **Δεῖπνα ἅγια δὲ περὶ μάρτυρος.** *Epulum* in martyrio S. Coluthi inſtitutum aperte commemoratur. *Manducarunt*, inquit fragmenti ſcriptor, *& biberunt* ii omnes, qui *in illius aede* ſacra tunc temporis verſabantur. Nec dubito quin pro ſuo quiſque gradu, & facultate dapes, & inſtrumenta convivii eo ſecum attulerint, quando vel etiam *pelvim* ad vultum manuſque abluendas inibi a ſervis caeci paratam vidimus. Nihil heic dicam de *agapis* chriſtianis ex more, & traditione Apoſtolorum intra eccleſiarum ſepta ſobrie, pieque diu ſervatis. Alterius enim diverſique generis erant convivia in honorem martyrum deinde inſtituta. Eorum meminit Conſtantinus M. *orat. ad SS. coetum* cap. 12., ubi poſtquam retulerat hymnorum, pſalmorum, variarumque

divinarum laudum cantus, & ipſius euchariſtici ſacrificii oblationem Deo factam, ut animadvertit Valeſius, in memoriam martyrum, quicquid dicat VV. Lowth, qui in additis adnotationibus ad H. E. Euſebii de ſimplici *ſacrificio laudis* ea Conſtantini verba καὶ τοίαυτη τις εὐχαριστίας θυσία .... ἁγνὴ μὲν αἵματος, ἁγνὴ δὲ πάσης βίας, ſubiunxit, *ſobria quoque* συμπόσια *convivia celebrantur a multis tum mendicorum, tum ad eorum qui patria, & bonis* (ſaevientibus perſecutionibus) *exciderint, inopiam ſublevandam. Quae ſi quis importuna eſſe existimet, is contra divinam & ſacroſanctam diſciplinam ſapere videtur.* Haec vellem obſervaſſet vir ſummus Ludovicus Ant. Muratorius in Anecdotis Graeco-Latinis diſquiſ. 11. *de agapis ſublatis*. Tum enim neſcio an tam facile pronunciare potuiſſet: *Agapae in honorem martyrum celebratae, ſi non ſemper, ſaltem ſaepe incruento ſacrificio caruiſſe videntur, & a rudibus potius populis, quam ab Apoſtolis inſtitutae*. De agapis nempe loquitur Muratorius, quae *in die nata-*

natali martyrum peragi conſueverant. At eo die actio omnium auguſtior, atque ſplendidior, ut ex veterum monumentis didicimus, euchariſtici ſacrificii oblatio erat, quae agaparum dapibus ſine dubio praemittebatur. Certe ſacrificium *Deo frequentiſſime* offerri conſueviſſe *in memoriis martyrum*, eorumque ſolemnitatibus, ubi & agapae celebrabantur, teſtis eſt aevi ſui praeclariſſimus doctor SS. Aug. lib. XX. contra Fauſtum cap. 21. Sed agapas in honorem martyrum *a rudibus populis* inſtitutas dicere cum magni Conſtantini, & Gangrenſis ſynodi teſtimonio conciliari non poteſt. Quod ſi huiuſmodi epularum uſum eccleſiae Patres poſt id temporis tam vehementer, ut novimus, & acriter improbarunt, ſic eorum dicta accipienda ſunt, ut quicquid vitii, & corruptelae additum iis eſt, unice ſpectent. Nam populi ceſſante furore perſecutionum a daemonum cultu ad Chriſtum converſi, quum veteris licentiae, qua antea *dies feſtos cum idolis ſuis conſumere in abundantia epularum, & ebrie-*

tate conſueverant, oblivíſci difficile poſſent, adeoque & *pernicioſiſſimis hiſce*, *ac tam vetuſtiſſimis voluptatibus aſſueti*, *poſt eos*, *quos reliquerant*, *alios dies feſtos in honorem SS. martyrum*, *vel non ſimili ſacrilegio*, *quamvis ſimili luxu*, ut cum Aug. in ep. 29. ad Alypium loquar, invitis licet, ſed eorum infirmitati parcentibus ab initio Epiſcopis, celebrare coeperunt. Sicque agapas chriſtianas, *quibus pauperes paſcebantur*, quemadmodum idem ipſe Auguſtinus Fauſto eas calumnianti reſpondet, per ingluviem, & ebrietatem immaniſſime deformarunt. Afri, ut vinolentiam ſub honeſti nominis titulo abſconderent, *ſolemnitatem* martyris *laetitiam* vocabant. Hoc idem, ni fallor, ſonat vox δημοθοινία apud Theodoretum lib. III. H. E. cap. 11. Heſychio enim δημοθοινία eſt τὸ δήμου ἐυωχία, ἐυωχία vero ἐυφροσύνη *laetitia*. Praeclariſſimi Muratorii interpretationi, qua δημοθοινίαν Theodoreti *epulum publicum* in aede SS. martyrum Iuventini, & Maximiani intelligit, facile ſubſcriberem, ſi popularium

rium epularum uſus Theodoreti actate in orientis eccleſiis, maxime vero in Antiochena viguiſſet; nam μέχρι τήμερον ad eum ſcilicet uſque diem, quo ille hiſtoriam ſuam ſcribebat, mos iſte ſervabatur ab Antiochenis. Sed iam, quemadmodum Muratorius ipſe demonſtrat, pluribus ante annis vivente adhuc Gregorio Nazianzeno, & Antiochiae praedicante Chryſoſtomo, omnino ceſſarat. Interpres H.E. Theodoreti in edit. Pariſ. an. MDCXLII. pro ἐτησίῳ δημοθοινίᾳ *annuo feſto* vertit. Attamen nec ego, ut mox aiebam, δημοθοινίαν eo loci a Theodoreto commemoratam aliter quam *convivium publicum* interpretabor, dummodo inſtructum ponatur extra aedem ſacram. Nam ea etiam, quae *per fora* a gentilibus celebrabantur, Theodoretus appellat δημοθοινίας. Cetera, quae ad hoc argumentum ſpectant, vide in laudata Muratorii diſquiſitione. Inde ſcies, quo primum tempore *convivia publica* in templis, & feſtis diebus SS. martyrum inſtitui coeperint, & quando demum in Africa, magno

agente Auguſtino , quando in oriente , eloquentiſſimo in primis Nazianzeno Gregorio curante , & quando Romae , Nolae , Mediolani , & in univerſa praeſertim Italia Pontificibus maximis, Paullino , & Ambroſio auctoribus ſublata finem acceperint . At fruſtra in Muratorio quaeres , num haec eadem *epulandi* conſuetudo , quae in aliis chriſtiani orbis regionibus per ea tempora viguit, fuerit umquam in Aegypti eccleſias invecta, & ſemel invecta quamdiu perdurarit , tandemque penitus derelicta e ſacris liminibus exſularit . Nunc primum huius moris apud Aegyptios mentionem diſerte fieri in hoc noſtro fragmento intelligo . Neque enim de puris *agapis* , quas , quum *Celſus* in odium principum adducere tentaſſet , Origenes ſtatim ab initio libri I. contra eumdem , tamquam proprias chriſtianae religionis etiam in Aegypto agnovit , & vindicavit , diſſerimus , ſed de conviviis in martyrum templis celebratis in praeſentia tractamus . Verum & haec , ſicubi in Aegypti *martyriis* inſtituta

ta quandoque fuiſſe norimus, ea ex agapis ipſis derivata putarim. Illae enim toto fere ſaeculo IV. in eccleſiis quoque monaſteriorum Nitriae, & Thebaidis ex veterum more peragi conſuevere. *Eos*, fratres, *qui erant habitaturi in cellis*, ἐκάλων εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰς εὐωχίαν *in eccleſiam vocabant* ad convivium, ſcribit Palladius de Nitrienſibus *Ammonii* monachis ſect. 70. *Ad convivia* interpretatur Gentianus Hervetus; quamquam ob ea, quae ſcribere pergit Palladius, de vocis ſignificatione dubitem. Nullam enim mentionem facit de eſu ciborum, ſed de una communi hilaritate, & laetitia, qua coetus ille omnis novitiorum fratrum in eccleſia collectus efferebatur, ſubiungit: καὶ ὡς ἔτι ἐκεῖνοι ἠυφραίνοντο, *& interea dum illi laetitiae operam dabant, unuſquiſque* (eorum, qui antiqui erant Nitrienſis eremi cultores) *quum e ſua cella* μηλοτὴν *ovillam ſuam pellem, aut ſportam pane, aut ceteris impleſſet neceſſariis, deferebant ad novas cellas, ut nulli nota eſſet uniuſcuiuſque* καρποφορία *oblatio* ex verſione Herve-

Herveti , ſive *fructuum oblatio* , ex alia huius vocis interpretatione , quam alibi tradidit Cotelerius . *Venientes autem* εἰς ἑσπέραν ad veſperam *habitaturi* , *repente inveniebant omnia neceſſaria* . Neſcio igitur quale iſtud eſſe potuerit *convivii* genus in ea Nitrienſi eccleſia celebratum , in quam ne panis quidem , ſed quicquid cibi potuſque erat in novas cellas veſpere edendum clam illatum a Palladio ipſo audivimus . Illud perſpicuum eſt teſtimonium , quod in *apophthegm. PP.* apud Cotelerium pag.445. habemus ex narratione *Abbatis Eſaiae* γενομένης ἀγάπης , καὶ ἀδελφῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐσθιόντων , καὶ συλλαλούντων ἀλλήλοις , *de agape* , *& fratribus in eccleſia comedentibus* , *& mutuo colloquentibus* , atque ob ea colloquia a presbytero Peluſii increpatis . Quodque *agape* non ſine incruento ſacrificio , & Chriſti corporis participatione celebraretur , oſtendit reſponſum Abbatis *Siſois* , qui in laudatis *apophthegm. PP.* p.670. , monacho lapſo neceſſarium eſſe dixit μετανοῆσαι *poenitentiam agere* , antequam

εἰσέλ-

εἰσέλθῃ εἰς τὴν ἀγάπην *ad agapem ingrediatur*. Eſt & illud praeclarum *Siſois* dictum de temperantia, & ſobrietate caute ſervanda in *agapis*, quae *in eccleſiis* fieri conſueverant. Quin & S. Abbas *Poemen* morem convivandi in eccleſia (quibus tamen monachi non praeeſſent) quaſi communem toti Aegypto denuntians, ἐκεῖ, inquit, ἀριστοποιοῦσι *illic prandia faciunt, & convivia*, apud eumdem Coteler. p.600. Iam vero ſi facile erat modeſtiae, & ſobrietatis terminos praeterire in iis etiam Aegyptiorum *agapis*, quibus monachi tum maxime temporis rigidiſſimae continentiae cultores intererant, annon ego credam multo facilius fuiſſe, ut laici in iis temperantiae modum excederent, ſicque ſub religionis ſpecie agapas populari licentia in convivia, & convivia iſta in luxum ad honorem martyrum, quemadmodum alibi contigiſſe novimus, converterint, & transformarint? Ac ſimilis fortaſſe licentiae abuſus in publica convivia, quae in aede S. Martyris Coluthi celebrabantur, irrepſerant, etſi huius

huius noſtre hiſtoriae ſcriptor eorum vitia cum Africanis, Latinis, & Graecis populis communia pingere praetermiſerit. Hanc tamen qualemcumque ſive conſuetudinem, ſive corruptelam apud ipſos etiam Aegyptios ſaeculo V. ex eccleſiarum liminibus depulſam non ſine cauſſa exiſtimo; unde & miraculi huius epocham ad ſaec. IV. revocari debere opinor.

ADNOTATIONES

IN MIRACULUM II.

(1) **Ⲛⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲉϥⲥⲏϭ**. *Homo*, qui *mutilus* erat. Nam in **ⲉϥ-ⲥⲏϭ** Tebannenſe vocabulum **ⲥⲏϫ** idem eſt ac **ϭⲁϫⲏ**, vel **ϫⲁϭⲏ** Memphiticum, cui reſpondet Graecum κυλλὸς *mutilus*, *debilis*, *mancus*. Tebannenſes enim, ut ſolent, permutarunt litteras **ϭⲁϫ** ſive **ϫⲁϭ** in **ⲥⲏϭ**, & per apocopam detracta poſtrema **ⲏ**, ex **ϭⲁϫⲏ**, aut etiam **ϫⲁϭⲏ** fece-

fecerunt ⲥⲏϭ, quod magnam habet consonantiam cum Aethiopico ፅዉኡ *tsiwsy*, aut ፅብስ *tsawsy*, *mutilus*, *truncatus membro*. *debilis*. In indice Sahidicarum La-Crozii ϭⲁⲛⲁϩ etiam occurrit, redditurque graece κυλλὸς. Huius miseri hominis calamitas visa mihi est eius omnino similis, quam Palladius describit cap. 26. H. L. in *mutilato* S. Eulogii Alexandrini cognomento *Scholastici*. *Invenit*, inquit de eodem Eulogio scribens, *quemdam in foro* ἐῤῥιμένον λελωβημένον, ὃς οὔτε χεῖρας εἶχεν, οὔτε πόδας. Τούτῳ μόνῃ ἡ γλῶττα ὑπῆρχεν ἀκατάτριπτος πρὸς σύμφοραν τῶν παρατυγχανόντων, *proiectum mancum*, interprete Herveto, *ac* mutilatum, *qui nec manus* habebat, *nec pedes*; *& solum lingua remansit integra ad alloquendum eos*, *qui inciderent*.

(2) Ⲉⲩⲥⲩⲗⲁ. Inter voces, quae a Graecis desumptae in hoc Aegyptio fragmento haud raro occurrunt, visa mihi est locum habere ⲥⲩⲗⲁ, quasi ducta a συλᾷν. Συλᾷν enim apud Hesychium prae-

praeter alias ſignificationes, & hanc ſibi adſciſcit, quae σπάω eſt, & *trahere* (Italis *ſtraſcinare*) *rapere*, adeoque etiam *raptare* deſignat. Inde *participium* Thebaicum ⲉⲧ-ⲥϩⲗⲁ, puellulos nempe humi *tractos*, atque *raptatos*, ſive, ut ſimilitudinis ratio poſtulat, *ſeipſos trahentes raptanteſve* interpretari libuit. Nam infantes ⲕⲟϩⲓ nec-dum apti ad ambulandum, dum e ſolo, ubi iaceant, ſe ſe attollere nequeunt, corpus quomodocumque poſſunt verſant, ſecumque per humum imbecilla crura trahunt. Ita vero ⲕⲟϩⲓ ⲉⲧⲥⲥϩⲗⲁ ϩⲓⲙ ⲕⲁϩ, iidem erunt ac *pueruli humi repentes*, *ventre* ſcilicet *ambulantes* ex Heſychio ipſo, qui ἕρπει exponit τῇ κοιλίᾳ βαίνοντες. Quintilianus vero lib. I. cap. 12. eum *rependi* morem infantibus proprium *raptationem* appellat. Seſi ſi ⲉⲧ-ⲥϩⲗⲁ Thebaicum repetendum eſſet a Memphytico ⲥϩⲗ, paullo aliter hunc locum interpretarer, & ⲛⲑⲉ ⲛⲛⲉⲓⲥϣⲏⲣⲉ ⲕⲟϩⲓ ⲉⲧⲥⲥϩⲗⲁ redde-

Hieronyma de Fabiis —— *Olym*
Matrona Romana —— *ta* XX
uxor altera, quae —— MDC
obiit menſe Iulio —— *pta* V
MDIIII. —— MDCX

Scipio Ste- —— *Olym*
phani Cam- —— *ta* XX
pana Auxi- —— MDC
manus —— *pta* V
—— MDCX

by Google

redderem, *at filii parvuli* (nervis) *resoluti*. Ϣⲏⲗ enim, quemadmodum & شل Persarum, *paralyticum*, & *resolutum* sonat.

(3) Ⲉϥⲥⲟⲛⲥ. Habent & Memphitae ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ. Ex hoc, sublata ultima syllaba ⲉⲛ, verbum suum istud ⲥⲟⲛⲥ Thebaicam gentem fecisse puto. Quamquam ea syllaba, quae huic vocabulo in recentiorum Tebannensium ἐκγράφοις deest, in antiquissimis fortasse aut non deerat, aut certe in pronunciando exprimebatur. Nam in *autographo nostro* lineola, quae nota est deficientium litterarum, quando in sermone subintelligi, atque suppleri debent, conspicua admodum, & longiusculo calami ductu picta cernitur in ⲥⲟⲛⲥ super duas postremas ⲛⲥ. Eadem licet multo brevior eo loci conspicitur in ϯⲥⲟⲛⲥ *deprecor* saepe laudati fragmenti miraculorum S. Macarii. Attamen discrimen est in vi significandi.

Apud

Apud Tebannenſes Pſalm. LX. verſ. 1. **ⲉⲡⲁ-ⲥⲟⲛⲥ** reſpondet Graecae τῆς δεήσεώς μου (Exaudi Deus) *deprecationem meam*, pro qua Hebraeus habet רִנָּתִי. *clamorem meum*. Et rurſus Iohan. XVII. v. 9. **ⲉⲓ-ⲥⲟⲛⲥ** reſpondet περὶ ἐρωτῶ, & *rogare* deſignat; quemadmodum exempla ferunt collecta a cl. Praeſule Tukio in Gram. Copt. ex reliquiis quarumdam lectionum pſalmorum, & evangelii Iohannis. Sed apud Memphitas pro **ⲥⲟⲛⲥ** utrobique legitur ϯⲱⲃⲉ, quod *deprecationem*, & *deprecari* ſonat: **ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ** vero, ut & La-Crozius in Lex. tradit, *blandiri*, & *ineſcare* ſignificat; ſuamque fortaſſe originem ducit a טעב Hebr., Aethiop., & Arab. *traxit*; unde & ⲥⲟⲃⲥⲉⲃ pro **ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ** ſcribunt Memphitae. Verum nemini mirum videri debet, ſi una, eademque vox in Tebannenſi dialecto ad ſignificandam *deprecationem* ex vulgi uſu recepta, parem in Memphitica ſignificandi

di vim non retinuit. Nam & hoc idem in pluribus aliarum orientalium linguarum vocabulis non modo diverſae, ſed eiuſdem etiam dialecti, perſaepe accidiſſe norunt eruditi. Eccur praeterea **CONC** oriri non potuit ex eodem themate, unde eſt Memphiticum **CONCEN** *ineſcare*, *blandiri*, quemadmodum δέησις *deprecatio* a δέω *ligo* & *vincio* apud lexicographos deducta traditur? *Deprecatio* miſeri cum lacrimis, & gemitibus facta, Deo offert, quod ei maxime placet; ſuaſque proinde ſpiritales, ſinceraſque illecebras, ſuaque incenſa thura habet, unde καταχρηστικῶς quaſi *eſca*, *hamus*, & *blandimentum* ad ſibi conciliandam ſupremi Numinis pietatem dici quodammodo poſſit. Sic viciſſim Latinus interpres Iſ. c. LXVI. v. 12. & 13. Deum comparat matri, quae filiis ſuis blanditur.

(4) **Ϩⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ**. Verbum a Graecis, ut & alia plura, ſed linguae legibus neglectis, mutuatum, praefixam-

que gerens participii notam, ſic reddi poſtulat *interpellans*, *obſecrans*, *implorans* S. Coluthum tamquam *interceſſorem* ſuum apud Deum. Scriptor miraculorum S. Macarii de *Iulio* monacho narrat, quod eum ⲁⲛ-ⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ *rogavit* dicens ... Idemque *Iulius* ſubinde Macarium alloquens ait: ⲁⲓⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ ⲉⲓⲉⲟⲕ *rogo te*. Haec etiam tene ex eodem ipſo mox laudato *Borgiano* fragmento.

(5) Ⲧⲁⲙⲓⲛⲧⲉⲃⲓⲏⲛ. Ex Memphitico, & Sahidico ⲉⲃⲓⲏⲛ *humilis*, *vilis* abſtractum eſt: ⲧⲁⲙⲓⲛⲧⲉⲃⲓⲏⲛ. Ita proinde *mutilatum* induximus clamantem ad S. Coluthum: miſerearis *vilitatis*, ſive humiliationis, & abiectionis *meae*. Originem ſuam vox iſta debet Hebraicae linguae, unde אביון *egenus*, *inops*, *humilis*, *vilis*, *pauper*, *pauperrimus*. Hinc & *Ebionaei* haeretici ſic dicti, ut Origenes ſcribit in IV. περιαρχῶν n. 22. tamquam πτωχοὶ τῇ διανοίᾳ ... τῆς πτωχείας ἐπώνυμοι· ἐβίων γὰρ ὁ πτωχὸς παρ' Ἑβραίοις ὀνομάζεται, *mentis inopes*, *qui a mentis*

tis inopia nomen ſuum duçunt ; pauper enim hebraice ebion *dicitur* . Similia repetit Orig. ſub initium lib. II. cont. Celſum . Sed vide in ea Origenis loca Maurinor. PP. adnotationes . Euſeb. lib. III. H. E. c. 27. ex eo *Ebionaeos* dictos indigitat , quod πτοχῶς ἠ ταπεινῶς *miſere admodum , viliter , & abiecte de Chriſto ſentirent* ; eique conſentire videtur Timotheus presb. Cpolit. de recept. haeret. apud Coteler. Tom. III. Mon. E. G. Heic in mentem mihi venit non impius modo , ſed & ineptus , ridiculus , & ſtultiſſimus ſcurra magis quam ſcriptor *Voltairius* , qui inter cetera , eaque fere perpetua mentis ſuae deliramenta , id etiam auſus eſt effutire , nihil umquam affinitatis inter linguas Hebraicam, Syram, Phoeniciam , & *Aegyptiam* interceſſiſſe , etſi in earum ſingulis infantiſſimus eſſet . Mitto hominis temeritatem refellere . Satis enim pro meritis imperitia *Voltairii* deridetur , & caſtigatur a viro doctiſſimo , qui volumina tria *epiſtolarum* ſub nomine quorumdam Alemannorum , Polonorumque Iu-

daeorum, quartum Parisiis edita, in eum scripsit, tom. II. *petit commentaire extrait* XIV. §. 10.

(6) Ⲁϥⲉⲓ ϣⲁⲣⲟϥ ϩⲛ̀ ⲟⲩϩⲟ//ⲣⲟⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲩϣⲏ. *Venit ad eum in visione noctis*. Lucas Holstenius in notis ad acta S. Perpetuae, ubi §. 10. haec leguntur: *Pridie quam pugnaremus video in oromate*: rem exigere censuit, *ut scribatur horamate, nisi haec vox ita deformata in usu populorum Afrorum erat*. Atqui non in Africa tantum, sed etiam in Thebaide, ut ex hoc nostro fragmento liquet, efferebatur corrupta ϩⲟⲣⲟⲙⲁ pro ϩⲟⲣⲁⲙⲁ. Apud Memphitas variam vox ista fortunam subiit. Ϩⲛ̀ ⲟⲩϩⲟⲣⲟⲙⲁ Tebannensium more scribitur Daniel. cap. II. v. 19., IV. 10., & VII. 13. ϩⲉⲛ ⲟⲩϩⲟⲣⲟⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲉ̀ϫⲱⲣϩ *in visione noctis*, aliisque in locis. Sed in novo testam. a Wilkinsio edito, ut Matth. XVII. 9., Actor. XV. 9., & alibi passim, ϩⲟⲣⲁⲙⲁ legitur.

Immen-

Immenſus eſſem ſi congerere modo vellem tam multa, eaque omnia genuina, celeberrima, ac teſtatiſſima admirandarum *apparitionum*, *viſionumque* exempla; quae de SS. martyribus a priſcis eccleſiae Patribus, atque ſcriptoribus referuntur. De S. Potamiaena V. & M. Alexandrina, quae imperante Severo, *tertio poſt martyrium die*, *noctu* apparuit tum *Baſilidi*, ſuo ante triduum tortori, *capiti eius coronam* imponens, dicenſque, *ſe ipſius cauſſa Dominum oraſſe*, tum *& aliis pluribus civibus ſuis*, quos ad Chriſti fidem ſuſcipiendam provocavit, Euſebius narrat lib. VI. H. E. cap. 5. Inter acta SS. Montani, Lucii, aliorumque MM. de ſchola *S. Cypriani* apud Ruinartium magnus Martyr Flavianus pulcherrimum hocce teſtimonium de ſeipſo edidit: *Cum iam Succeſſus, & Paullus cum comitibus ſuis coronati fuiſſent; & ego poſt infirmitatem convaleſcerem, video ad domum meam veniſſe Succeſſum epiſcopum, vultu pariter, & cultu nimis claro; cuius effigies difficulter agnoſceretur, eo quod carnales ocu-*

li angelico ſplendore rutilarent. Quem cum vix agnoſcerem ait mihi: Miſſus ſum nuntiare tibi quia tu paſſurus es. De SS. Martyribus Gervaſio, Protaſio, Nazario, Celſo, Agricola, & Vitale, qui corpora ſua ubi laterent magno Mediolanenſi Ambroſio palam revelarunt, teſtes ſunt Ambroſius ipſe, Paullinus illius diaconus, & Auguſtinus. De S. Felice Nolano haec idem Auguſtinus ſcribit cap. 16. in lib. de cura pro mortuis gerenda: *Hinc ſolvitur illa quaeſtio, quomodo martyres ipſis beneficiis, quae dantur orantibus, indicant ſe intereſſe rebus humanis, ſi neſciunt mortui quid agant vivi. Non enim ſolis beneficiorum effectibus, verum etiam ipſis hominum aſpectibus confeſſorem apparuiſſe Felicem ... cum a barbaris Nola oppugnaretur audivimus non incertis rumoribus, ſed teſtibus certis.* S. protomartyris Stephani *apparitiones* in Palaeſtina, in Africa, & in inſulis Balearibus magna cum chriſtianae fidei gloria, & emolumento univerſae eccleſiae innotuerunt. Quid multa? In actis SS. martyrum ſinceris

ris huiuſmodi caeleſtium *apparitionum*, & ὁραμάτων exempla tam frequenter occurrunt, ut ea quaſi uſitata, propriaque ſigna in divinis illis heroibus Nazianzenus Gregorius praedicare non dubitarit. Is enim or. IV., quae eſt invectiva I. in Iulianum, n. LXIX. nuperrimae edit. non modo martyrum virtutes in *expellendis daemonibus*, *morbiſque curandis* celebrat, ſed & eorum *apparitiones*, *praedictioneſque* verbis hiſce extollit, ὧν αἱ ἐπιφάνειαι, καὶ ὧν αἱ προῤῥήσεις. Quo in loco ego equidem neſcio cur doctiſſimus Petavius lib. XIV. de incarn. c. 11. §. 4. ſuſpicari maluerit ἐπιφάνειας a Nazianzeno uſurpari ad *beneficas*, ac *ſalutares* Martyrum *vires* ſignifican-das. Nam ſi aliud quiddam quam veras *apparitiones* exponas, non intelliges quid ſibi velint αἱ προῤῥήσεις *praedictiones* ſcilicet, quae certe non niſi ex *aſpectabili praeſentia*, & ex ore ipſo martyrum in viſu loquentium efferri quiverant. Accedit his, quod eloquentiſſimus Gregorius τὰς ἐπιφάνειας ab *ope*, & *efficacitate* martyrum in miraculis patrandis,

ut ex antecedentibus, & conſequentibus illius teſtimonii verbis liquet, diſerte prorſus, aperteque diſtinguit. Quod ſi Nyſſenus *or.* 2. *de SS. XL. MM.* tom.II. eo fortaſſe ſenſu, quo putat Petavius, τὴν ἐπιφάνειαν ſemel accepit, non iccirco fit quin ea uſus proprie fuerit cum alibi, tum vero maxime in priori or. tom.I. p.210., ubi eorumdem MM. hiſtoriam texens, *tyrannidis adminiſtrum*, τῇ ἐπιφανείᾳ τῶν ἁγίων πνευμάτων *ſacrorum ſpirituum apparitione*, *ut Paullum maieſtate Chriſti circumfuſum*, narrat. Interpres Origenis ad §.28. lib. III. c. Celſum τὰς ἐπιφανείας *miracula* ſimpliciter vertit. Aio & ego ἐπιφανείας, de quibus loquitur Origenes, miracula appellari poſſe; ſed per eam vocem Origenem veras *apparitiones* intellexiſſe iure contendo. Diſputans namque contra Celſum *ſanationes*, & *apparitiones* vere divinas, quae primum a Chriſto, quaeque deinde in illius nomine factae fuerant, opponit diabolicis, aut certe fabuloſiſſimis *ſanationibus*, & *apparitionibus*, quae a Celſo ipſo tamquam admi-

admiranda quaedam *Aeſculapii*, *Apollinis*, & *Ariſteae proconneſii* prodigia inſolentiſſime iactabantur. Sed a diverticulo in viam. Quae hactenus obſervavimus eo ſpectant, ut intelligamus quam familiares, & celebres fuerint, quarto praeſertim, & quinto eccleſiae ſaeculo, SS. martyrum apparitiones. Tum enim ſplendida illa tempora, quae iamdiu beatorum athletarum agmina pro Chriſto occiſa exſpectabant, ex omni caelorum plaga viſa ſunt elucescere, quando, ſic providente Deo, eorum gloria in ſpectaculum totius orbis terrarum ventura erat. Huiuſque tam aureae ac felicis aetatis dies ſanctorum apparitionibus divinitus deſtinatos ſuis ipſe oculis vidit, elegantcrque deſcripſit auctor opuſculi ſive epiſtolae ad amicum aegrotum *de viro perfecto*, quae licet tributa olim fuerit D. Hieronymo, hodie tamen, ut ſcribit Vallarſius tom.XI. oper. Hieron. *S.Maximi Taurinenſis eſt*, *nemine iam diffitente*. At inter martyres, qui per ea tempora e ſepulcris ſuis quaſi adhuc viventes,

in

in divinis ſive ſomnis, ſive viſionibus, ut utrique hominum ſaluti, egeſtatique conſulerent, ſe eis in conſpectum dare conſuevcrunt, non potuit non maxime celebris, & inſignis eſſe *S. Coluthus*. Qua de re praeſtat heic recudere praeclariſſimum Palladii teſtimonium, a Meurſio primum Graecis typis, & a La-de-Bigne deinde in to. XIII. Bibl. PP. cum addita interpretatione Latina editum, ut ex eo maiorem lucem, auctoritatemque accipiant huius noſtri fragmenti tabulae, ubi S. Martyris apparitiones, viſioneſque commemorantur.

Palladii Epiſcopi Helenopoleos hiſtoria Lauſiaca c. LXXXIX. ex Meurſio.

Περὶ παρθένου τινὸς, καὶ Κολλούθου.

Ἄλλη τις ἄν (ὧ La-de-Bignius habet) τῇ ἀληθείᾳ παρθένος πῷ τῆς ἀσκήσεως ἔργῳ νηφόντως προσέχουσα (ἐμοῖ γειτνιῶσα parentheſi interiecta deſunt in Lat. verſ. La-de-Bignii) ἧς τὴν ὄψιν μὲν οὐχ ἑώρακα προῆλθε γὰρ αὕτη (ὡς ἔλεγον εἰδότες addit La-de-Bign.) οὐ δέποτε ἀφ' ὧν ἀπε-

ὃ ἀπετάξατο, πληρώσασα ἑξήκοντα ἔτη ἐν τῇ ἀσκήσει μετὰ τῆς ἰδίας μητρὸς· εἰς ὕστερον δὲ μελλήσης αὐτῆς μεταβαίνειν τὸν βίον πρὸς τὴν ζωὴν τὴν ἀκήρατον, πλήσασὰ τῇ ἀνδρείᾳ ὁ κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἅγιος μάρτυς Κόλλυθος λέγει αὐτῇ· σήμερον μέλλεις ὁδεύειν πρὸς τὸν δεσπότην σου, καὶ ὁρᾷν ἁπαντᾶς τοὺς ἁγίους· ἐλθοῦσα οὖν ἄρίστησον μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ (leg. ex Meurſii emendatione μαρτυρίῳ) ἀναστᾶσα δὲ ὄρθρου ἡ μακαρία, καὶ ἐνδυσαμένη, καὶ λαβοῦσα ἄρτον, καὶ ἐλαίας, καὶ λεπτολάχανα ἐν τῇ ἑαυτῆς σπυρίδι, ἐξελθοῦσα ἐπῆλθεν εἰς τὸ μαρτύριον ἡ τοσαῦτα ἔτη μὴ πεπελθοῦσα. Καὶ πεπσευξαμένη, καὶ καθεσθεῖσα, καιρὸν ὄπτησείον πρὸς τὸ γεύσασθαι ἐπετήρει δι' ὅλης πάσης ἡμέρας. Παρελθούσης δὲ τῆς ἐννάτης, καὶ τῆς τοῦ φαγεῖν ὥρας ἐνστάσης, μισθὸς (μισθὸς in textu La-de-Bignii) ἔνδον ὑπάρχοντος τεθεικῶς τὰ βρώματα πεπσκαλεῖται τὸν μάρτυρα, λέγουσα· εὐλογησόν μου τὰ βρώματα ἅγιε Κόλλυθε, καὶ συνοδεύσατωσάν μοι αἱ πρεσβεῖαί σου. Καὶ καθεσθεῖσα ἔφαγεν. Καὶ πάλιν πεπσευξαμένη ἦλθεν πρὸς ἡλίου δυσμὰς εἰς τὸν οἶκον· καὶ δίδωσι τῇ ἑαυτῆς μητρὶ σύγγραμμα Κλήμεντος τοῦ στρωματέως εἰς τὸν

τὸν ϖεφήτην Ἀμὼς. Καὶ λέγει ἀυτῇ· δὸς τῦτο τῷ ὁπσκόπῳ τῷ ὡξορισμένῳ· καὶ εἰπὲ ἀυτῷ· ἴυξαι ϖρὲι ἐμὲ. ὁδήυω γὰρ ϖρὸς τὸν κυριόν μυ. Καὶ ἐτελεύτησεν ἐν ἀυτῇ τῇ νυκτὶ, μὴ πυρέξασα, μὴ κεφαλαλγήσασα, ἀλλ' ἑαυτὴν ἐνταφιάσασα εἰς χῆρας Θεῦ τὸ πνεῦμα παρέθετο.

Erat alia quaedam revera virgo religioſae vitae exercitationi vigilanter addicta, mihi vicina (intellige *aede*), *cuius quidem vultum non vidi. Ipſa enim, uti dicebant, qui eam norant, numquam progreſſa eſt ex quo renuntiavit, quum annos expleſſet ſexaginta in exercitatione una cum matre ſua propria. Poſtremo autem, quum eſſet digreſſura ex hac vita ad vitam incorruptibilem, adſtans decora viri ſpecie* Sanctus Martyr Colluthus, *qui eſt prope locum illum* (Antinoum) *dicit ei: hodie eris itura ad Dominum tuum, & viſura ſanctos omnes: veniens igitur prande nobiſcum in martyrio.* (Vide viſionem S. Iacobi M. Africani apud Ruinart. pag. 228. edit. Amſtelaed.) *Quum itaque beata illa mane ſurrexiſſet, ſeque induiſſet, & panem, olivas, paucaque olera in ſporta ſua accepiſſet, egreſſa per-*

perrexit in martyrium ea quae tot ante annis numquam prodierat. Et quum oraſſet, & ſediſſet tota die tempus obſervabat opportunum ad deguſtandum. Adventante autem nona, & imminente hora veſcendi, quum, nemine intus praeſente, paraſſet cibos, rogat Martyrem dicens: Benedic meos cibos, Sancte Colluthe, & me comitentur interceſſiones tuae. *Et ſedens manducavit; quumque iterum oraſſet domum venit circa ſolis occaſum. Et dat ſuae ipſius matri tractatum Clementis Stromatei ſuper prophetam Amos; dicitque ei: Hunc da* Epiſcopo relegato, *& dic ei ut oret pro me: vado enim ad Dominum meum. Et nocte ipſa e vivis deceſſit, non febre, non capitis dolore affecta, ſed quum ſeipſam ad ſepulcrum compoſuiſſet, in manus Dei emiſit ſpiritum*. In hac omni viſione tam manifeſta, & aſpectabilis fuit S. Coluthi praeſentia, qua ſe huic ſanctae virgini conſpiciendum exhibuit, totumque iſtud, quale hactenus audivimus, familiare cum ea colloquium habuit, ut viri apprime docti, & in criticae artis ſtudio exercitati, interque ceteros

teros *Gentianus Hervetus*, & *Margarinus* I.a-*de-Bigne* in ea diſcernenda perbelle deluſi, viventem adhuc *Coluthum*, eumque Martyrem non iam conſummatum, ſed *deſignatum* tantummodo, nec iam mortuum, ſed *brevi moriturum* exiſtimarint. At vero *errat Hervetus*, *qui putat hic τὸν μάρτυρα eſſe*, *praepoſitum martyrio*, ait Meurſius in adnotationibus, erratque proinde & *La-de-Bignius* ipſe, qui ſequitur alucinationem Herveti. Neque enim ii ſic excuſandi ſunt, quemadmodum iure excuſantur monachi illi, qui in oriente verſantes vivum putarunt magnum Ambroſium, quo die iam mortuus eis in monaſterio apparuit, cumque ipſis oravit, & ſingulis manus impoſuit, teſte epiſtola, quam de eo eventu a monachis ipſis ad Ambroſium miſſam ſucceſſor eius Simplicianus recepit, & Paullinus diaconus rei geſtae narrator fidiſſimus ſuis ipſe oculis vidit, & exploravit. Porro tota haec *viſio* prout a Palladio deſcribitur merito cum ea comparanda eſt, qua inſignis Martyr Baſiliſcus S. Iohan-

S. Iohanni Chryſoſtomo Comanis in templo apparuit, eique diem mortis praedixit, & ſepulturae locum oſtendit. Quod vero ad tempus viſionis ſpectat, eam accidiſſe coniicio ſub Imperatore Valente annum inter CCCLXXII. & CCCLXXIX. Palladius in huius noſtrae virginis hiſtoria commemorat *Epiſcopum* Antinoopolim in Thebaide *relegatum*, cui tradendus erat commentarius Clementis Alexandrini in prophetam Amos. At totis annis *quatuor*, quibus Palladius Antinoi fuit, ab anno ſcilicet CCCXCII. ad CCCXCV. uſque, nullus in ea urbe exſul epiſcopus inveniatur. His itaque annis iſtius apparitionis epocha affigi nulla ratione poteſt. Uno tantum imperante Ariano principe *Valente*, ex eccleſiaſticae hiſtoriae monumentis ſcimus, ſanctiſſimum Edeſſenum epiſcopum *Barſem* primo *Aradum* in Phoenicia, deinde *Oxyrinchum* in Aegypto, tandemque *Philas* in extremitate Thebaidis relegatum. Neque is tantum, ſed una cum ipſo iuſſi ſunt in exſilium ire *Antinoem* in Thebaide *Eulogium*

gium Edessenorum presbyterorum ducem, & Protogenem in eo ordine post *Eulogium* secundum. Annus exsilii ex urbe Edessa tribus hisce divinis viris indicti erat an. Chr. circiter CCCLXXII. *Barses* vero ante annum CCCLXXIX. ad beatam vitam iam transmigrasse creditur. Sed ut intelligatur, quomodo & is esse potuerit episcopus ille *relegatus*, cuius mentio fit in recitata narratione Palladii, sat erit audire Theodoretum, qui lib. IV. H. E. c. 14. *Barsem* describens in *Oxyrinchum* deportatum, *eo quoque*, ait, *illius famae claritas cunctos pertraxit*, κακεῖ τὸ (τὸ τούτου in ms. cod. biblioth. Angelic.) κλέος συνήγειρεν ἅπαντας, unde εἰς φρούριον ἔσχατον τοῖς ἐκεῖ γειτονεύουσι (γειτονεύον in eodem Angel. biblioth. ms.) βαρβάροις, *in ultimum quoddam castrum barbaris vicinum*, φιλὼ δὲ τούτῳ ὄνομα, *cui nomen Philo*, (perperam a quibusdam scriptoribus in φηνὼ mutatum, uti & prave legitur tum in reg. cod. apud Stephanum, tum in cit. ms. Angel. bibl.) *caelo dignus senex abductus est*; atque ita *has omnes provin-*

vincias, Phoeniciam, Aegyptum, & Thebaidem, *virtutis ſuae radiis illuſtravit*. Quidni igitur & mater *aſcetriae* noſtrae commota tanti epiſcopi fama ad eum Antinoopoli diſcedens accedere conſueverit, ſicque *Barſes* per matrem innotuerit *filiae*? Verum praeter *Barſem*, *Eulogius*, & *Protogenes* uno eodemque tempore in urbe *Thebaeorum Antinoo*, εἰς Ἀντινὼ τῶν Θηβαίων, quo miſſi fuerant a Modeſto praefecto Edeſſae, verſabantur. Ibi *cum*, teſte eodem Theodoreto in laudato lib. c. 18., reperto *epiſcopo communionis ſuae*, *eccleſiaſticis conventibus intereſſent*, & *paucitate coëuntium animadverſa*, *cauſſam ſciſcitati*, *incolas urbis gentiles eſſe didiciſſent*, *dolore affecti ſunt*, *uti par erat*, & *infidelitatem civium deplorarunt*. *Nec tamen dolorem ac luctum ſibi ſufficere exiſtimarunt*, *ſed omni ope incubuerunt*, *ut illorum morbum ſanarent*. *Ac divinus quidem Eulogius in cellula incluſus diu noctuque univerſorum Deo ſupplicabat*. *Admirandus autem Protogenes* τὰ Εὐνομίου (ἐκ νόμου in cod. reg., & Angel.

biblioth.) γράμματα πεπαιδευμένος *ſacris litteris*, (*legitimis*, ex Sirmundi verſione, ſeu *legalibus litteris*, ut mallet in notis Valeſius,) *eruditus .... cum ſcholam ibi, ac ludum litterarium inſtituiſſet, puerorum magiſter factus .... in divinis eloquiis erudivit*. Cumque gratia curationum donatus ad domum aegrotantis adoleſcentis ſemel perrexiſſet, morbumque ab eo oratione depuliſſet, *reliquorum adoleſcentum patres eum ſinguli in domos ſuas deduxerunt, orantes ut aegrotantibus opem ferret. At ille negabat ſe Deo ſupplicaturum, ut morbum expelleret, priuſquam infirmus baptiſmi donum ſuſcepiſſet, illi vero libenti animo parebant .... & uno, eodemque tempore animi ſimul & corporis ſalutem percipiebant. Quod ſi quando ſano cuipiam perſuaſiſſet, ut divinam gratiam ſuſciperet, eum protinus ad Eulogium deducebat ... ut .... capto dominicum ſignum imponeret*: (*baptiſmum* ſcilicet, ut Valeſius in adnotat. exponit, *conferret*.) *Omnes porro admirabantur Protogenem ..... Eulogio primas ceden-*

dentem .... Ex quo non ſine cauſſa coniectabant, longe maiorem ac praeſtantiorem eſſe illius virtutem. Iam vero cum ſedata tempeſtate .... in patriam redire iuſſi eſſent, cuncti eos cum gemitu, & lacrimis deduxerunt, praecipue vero epiſcopus illius loci ... Poſtquam ergo *in patriam pervenere, divinus quidem Eulogius, Barſe ad vitam doloris expertem translato, eccleſiae, quam rexerat, gubernacula ſuſcepit*. Admirandus autem Protogenes excolere iuſſus eſt *Carras* urbem agreſtem, atque horridam ... *Verum haec poſtmodum geſta ſunt* (extincto Valente) *pace eccleſiis reſtituta*. Et *Eulogius* quidem tamquam Edeſſae epiſcopus interfuit Antiocheno concilio an. CCCLXXIX., deinde Conſtantinopolit. I. an. CCCLXXX. Ex his, quae Theodoretus narrat, colligere ſtatim licet, quam facile fieri potuerit, ut virgo noſtra Antinoitana *Eulogium*, cui primas deferebat Protogenes, pro *epiſcopo relegato* acceperit. Quamquam nihil fortaſſe neceſſe eſt ad aliud quodvis coniecturae genus confugere, ſi, quod Sozo-

menus lib. VI. H.E. cap. 34. teſtatur, *Barſes, & Eulogius epiſcopi fuerant, non alicuius urbis, ſed honoris dumtaxat cauſſa, tamquam ad repenſanda praeclara ipſorum facinora, in ſuis monaſteriis ordinati, quo quidem modo etiam Lazarus* (inter Niſibenos monachos) *epiſcopus fuit*. Atque hunc quidem Sozomeni locum Valeſius putat ſic explicari poſſe, ut *Barſes, & Eulogius initio quidem creati fuerint epiſcopi vacantis loci, honoris cauſſa; poſtea vero ſedes illis traditae fuerint, quas regerent*. Tillemontius huiuſmodi *honorariorum epiſcoporum* ordinationem tamquam extraordinariam, & contra canones inſtitutam cenſet, deque auctoritate Sozomeni ſe nonnihil dubitare ſignificat. At probe norat Tillemontius ex Theodoreto lib. IV. H.E. cap. 13. ordinationes non modo diaconorum, & presbyterorum, ſed etiam epiſcoporum contra canones a S. Euſebio Samoſatenſi extra ordinem in Valentis perſecutione eo conſilio peractas, ut praeſto eſſent orthodoxi Praeſules, qui, ſicubi opus eſſet, exſulantium vices, locumque

que ſupplerent. Theodoretus ipſe lib. v. c. 4. *aiunt*, inquit, *Eulogium* ab eodem Euſebio (certe quidem extra ordinem, & tranquillatis catholicae fidei rebus) Edeſſenae eccleſiae paſtorem fuiſſe conſecratum: quae loquendi ratio ſatis apte indicare poteſt eum, qui fuerat ab Euſebio ordinatus epiſcopus, ab eodem ipſo, Barſe iam e vivis ſublato, in Edeſſena ſede paullo ante Antiochenam ſynodum fuiſſe collocatum. In hunc vero modum, adhibita interpretatione Valeſii, ea quae Sozomenus narrat de Eulogio epiſcopali ordine ante exſilii tempora inſignito, cum Theodoreti teſtimonio facile conciliantur. Ad ſummam, Palladii hiſtoria eo nos ducit, ut coniiciamus alium neminem eſſe potuiſſe *epiſcopum*, quem *relegatum Antinoitana* virgo appellat, niſi aut *Barſem*, aut *Eulogium*. Quumque hae duae S. Martyris *Coluthi apparitiones*, altera ſcilicet, quam narrat Palladius, altera, quam modo ex *Thebaico fragmento* evulgamus, tantam inter ſe affinitatem habeant, ut quaſi gemel-

lae ſorores uno eodemque partu natae putari qucant, vix ego dubito, quin ad eamdem propemodum epocham referri, atque reduci abſque ulla prorſus difficultate debeant. Idem namque ingenium, ut cetera mittam, ſpirare videntur, eamdemque & temporis, & ſacrarum *agaparum* notam in fronte gerunt.

(7) ⲁⲛⲥⲟⲩⲱⲛⲧ. In autographo ⲁⲛⲥⲟⲩⲱⲛⲧⲓ, vel ⲁⲛⲥⲟⲩⲱⲛⲧⲏ quaſi cum affixo pronomine ſcriptum ab initio videbatur. Sed ⲓ, aut ⲏ tamquam linguae canoni adverſans, atque mendoſum eiuſdem ſcriptoris ſpongia deletum eſt.

(8) ⲡⲁϩⲟⲓⲥ. *Domine mi*. Memphitice in ms. cod. Boniurii Geneſ. c. xxiii. v. 11. & 15. ⲡⲁ̅ϭ̅ⲥ. Sic Ephron Abrahamum, ſic ⲡⲁ̅ϭ̅ⲥ regem Nabuchodonoſor Daniel cap. iv. v. 16., ſic & Magdalena ⲡⲁ̅ϭ̅ⲥ, Chriſtum quidem alloquens, ſed quem illa *hortulanum* putabat, Ioh. xx. v. 15.

v.15. vocat. Eodem honeſto loquendi genere, ⲡⲉⲛⲟⲥ *Domine noſter*, utuntur gentiles Apoſtolum *Philippum* rogantes apud Iohan. cap. XII. v.21. At Thebaeorum more ⲡⲁⲭⲟⲓⲥ *S. Macarium* appellat monachus *Iulius* in alio, quod ſaepe laudavimus, illius miraculorum fragmento: unde in monaſterio feminarum *Tabennoſiotarum* virgo omnium ſanctior, mirumque in modum humilis atque modeſta, quum *S. Pitirum* optanti licet, atque roganti auſa non eſſet elargiri *benedictionem*, ſed hanc illa potius ab eo ſibi dari exoraſſet, verbis hiſce, teſte Palladio in H. L. c.42., uſa eſt: Σύ με ἐυλόγησον, κυριέ μου. Quin & vir SS. Eulogius Alexandrinus magno Abbati Antonio notiſſimus, miſerrimum *mutilatum*, quem domi ſuae alendum, curandumque ſuſceperat, ut ex eodem Palladio retulimus, *domini* titulo in ipſo quoque familiari colloquio ſalutabat. Nemini proinde mirum videri debet, ſi noſter iſte aegrotus virum

aſpectu decorum, ſecumque in viſu mirifice colloquentem ⲡⲁⲭⲟⲓⲥ honoris, & reverentiae cauſſa patrio, uti coniicitur, more, rituque appellat.

(9) ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲡⲥⲁⲛⲉⲓⲛ. *Ego ſum Coluthus* ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ *medicus*. ⲛⲥⲁⲓⲛ *medici* in citato *Borgiano* fragmento miraculor. S. Macarii commemorantur. Memphitice ⲥⲛⲓⲛⲓ, ἰατρὸς dicitur a Chaldaica fortaſſe, & Syra radice אסא *ſanare*. Verum unus is locus eſt, quo qualiſcumque Coptorum traditio de S. Colutho medicae artis cultore in eorum ſynaxário indicata confirmari poteſt. Heic enim ſuo veluti ore ſeipſum vir ſanctus, *nomine*, & *arte* quaſi cunctis cognitum, *Coluthum medicum*, abſolute vocat. Vide tamen ne *medicum* ex corum ordine credas, qui, utpote κατ' Ἐπίκουρον, *Epicuraei* ſcilicet, aut ἀπὸ τῆ Περιπάτυ *Peripatetici*, aut ἀπὸ ἰατρῶν Στωϊκῶν *Stoici*, nuncupati, ex Aegyptiorum chriſtianorum diſciplina ab Origene lib. III. contra Celſum n. 75. ſtrenue vindi-

vindicata, fugiendi erant. Ceterum in locis aliis, ubi S. Coluthum *medicum verum, curationum effectorem, morborumque & corporis, & animi sanatorem* appellari audivimus, voces sunt, quae in actis martyrum, in SS. PP. scriptis, & in ecclesiasticae historiae monumentis, quoties de miraculis sanationum ad sanctorum sepulcra patratis sermo fiat, καταχρηστικῶς usurpantur, & *figuratam*, atque *impropriam* significationem fere semper habent; medicosque designant non humanis artibus, sed divina virtute curantes.

(10) **Ⲛⲅ̀ ⲃⲱⲕ ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲧⲡⲟ//ⲗⲓⲥ.** La-Crozius in *sylloge quarumdam vocum dialecti Sahidicae*, **ⲛ̀ⲅ̀** pro **ⲁⲛⲟⲕ** usurpari scribit, in *myst. litt.* p.47. l.8., & p.52. l.5., notatque deinde *hanc vocem superesse in lingua Sinensium*. De **ⲁⲛ̀ⲅ̀** id ego legi, de **ⲛ̀ⲅ̀** vero fidem omnem esse velim apud eumdem La-Crozium. **ⲛ̀ⲅ̀** profecto non in hoc nostro tantum, sed

ſed & in aliis pluribus *Borgianis* fragmentis, vim habet coniunctionis *&*. Hinc in oratione dominica a S. Macario thebaice recitata legitur : ⲛ̀ⲅ ⲧⲙ̀ϫⲓⲧⲛ̀ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ, *& ne nos inducas in tentationem*. Ⲃⲟⲩⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ pariter in iiſdem fragmentis pro *ingredi* ſaepiſſime occurrit. Verum id, quod in praeſentia accuratiori obſervatione dignum videtur, eſt poſitio, & ſitus *martyrii* extra moenia Antinoes. Inde enim S. Coluthus iubet homini iam ſanato, ut *ingrediatur urbem*. Sed, ſi quantum a moeniis diſtaret *martyrium*, fortaſſe quaeris, redi, te quaeſo, ad hiſtoriam, quam paullo ante de virgine Antinoitide ex Palladio dedimus. Inde coniicere licebit, tantam fuiſſe diſtantiam *martyrii* a civitate, quantam metiri potuit longitudo temporis, quod in iter pedibus ab hora *poſt nonam*, poſt prandium ſcilicet, & iteratas patrono ſuo beatiſſimo preces, *ad veſperam uſque circa ſolis occaſum* confectum, virgo ſexagenaria impendit.

(11) Ⲁϫⲓⲥ

(11) ⲁⲭⲓⲥ ⲉⲣⲟⲟⲩ ⲭⲉ ⲁⲩ ⲡⲉ ⲡⲏⲓ ⲉⲓ Ⲙⲁⲣⲓⲁ ⲧⲡⲟⲣⲛⲏ. Ne quid S. Martyre indignum in his verbis cogites, animo tecum paullisper revolve quam incomprehensibilia sint iudicia Dei, & investigabiles viae eius. Statuerat misericors Dominus huius miraculi celebritate infamem feminam Mariam nuncupatam a perditionis barathro in aeternae salutis semitam revocare, & ad eximiae sanctitatis gloriam extollere. Ne tamen ei uni mulieri, sed & toti civitati, in qua plurimi adhuc gentiles supererant, patrati prodigii fama ad publicam utilitatem propagata splendesceret, sanati hominis ministerio, eoque inusitati *excitamenti* genere uti voluit, quo cives ad personam sciscitantis de *domo mulieris* paullo curiosius agnoscendam, atque notandam inducerentur; atque ita & S. Coluthi merita, & ea, quae pro conversione Mariae peccatricis acturus mirifice erat, per universam urbem celebrarentur. Haec omnia

sunt,

ſunt, quae Deus glorioſo martyri tamquam legato ſuo delecto in edito oraculo exſequenda communicavit. Quam in rem, vel invito arroganti, inſanoque Voltairio, uti me poſſe arbitror graviſſimis illis Theodoreti ſententiis, quibus S.Simeonis Stylitae acta in H.Rel. c.25. defendit: *Ego vero*, inquit, *non abſque divino conſilio* (id factum) *credo. Quamobrem eos oro, quos reprehendere delectat, ut linguae frenum iniiciant, neque temere ferri ſinant; ſed conſiderent Dominum talia perſaepe ad ſegniorum utilitatem inſtituiſſe. Nam & Eſaiam nudum, diſcalceatumque incedere iuſſit... & Oſee uxorem ſumere fornicariam, & rurſus diligere uxorem pravam & adulteram.... Horum unumquodque fieri iuſſit univerſorum moderator, eos qui ſermoni non parebant, & prophetiae aures praebere abnuebant, ſpectaculi admirabilitate colligens, & ad audiendas vaticinationes inducens. Quis enim non obſtupuit, cum divinum hominem nudum ambulantem videret? Quis eius rei cauſſam cognoſcere non deſideravit? Quis porro ſciſcitatus*

non

non est, cur tandem cum fornicaria habitare propheta non gravetur? Ut igitur horum unumquodque universorum rex fieri iussit, ut ignavorum, ac desidum utilitati consuleret, sic & novum istud, admirandumque spectaculum instituit, ut omnes rei novitate ad spectandum perduceret, probabilemque adventantibus traditam sibi admonitionem efficeret. Novitas enim spectaculi idoneum est pignus doctrinae, & qui ad spectandum venit divinis imbutus recedit. Age igitur, & tu ad hunc ordinem divinorum consiliorum duce Theodoreto, refer quicquid audis a S. Martyre huic mutilo iam prodigiose sanato in visu dictum, iussumque, ut non clam, sed palam a civibus *& roget, & sciat quaenam sit domus Mariae fornicariae.*

(12) Ⲉⲓⲟⲩⲱϣ ⲉ̀ⲣⲧⲉⲩϣⲏ ⲛⲙ̀ⲙⲁⲥ ⲧⲁϯⲛⲁⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲃⲉⲕⲉ. *Volo cum ea* (fornicaria Maria) *transigere noctem.* Verba sunt, quae a sanato dicta, si secundum praepropera, & fallacia iudicia hominum expendantur, aliquam, licet incer-

incerti mali ſuſpicionem ingerere poterant; ſed ſecundum arcana iudicia Dei per S. Martyrem revelata, eo ordinata erant, ut cives inducerent ad ſancta hominis geſta in domo Mariae ſtudioſe obſervanda, & ut ſignificarent ſalutaria colloquia, quae ille ad mulieris converſionem ſequenti nocte cum ea habiturus erat. Sic ducti ſpeciali quodam ſupremi Numinis conſilio viri duo cap. II. lib. Ioſue ad terram Canaan explorandam in Iericho miſſi, *ingreſſi*, dicuntur, *domum mulieris meretricis Rahab* quieſcentes *apud eam* innoxie, & caſte. Tam *publica* deinde, tamque inuſitata, & *aperta* declaratio hominis, cuius continentiam cuncti fortaſſe Antinoitani cives compertam habebant, apta per ſe erat ex animis audientium quamcumque mali ſuſpicionem avertere, interea dum eorum attentionem ad inſoliti facti genus exſpectandum provocabat. Quod porro additur de *mercede ſua* danda mulieri, *figurata locutio* eſt, quam ſi quis aut mendacii, aut ſimulationis

tionis arguere vellet, is certe, auctore magno Auguſtino in lib. cont. mendac., in ep. ad Conſentium, in lib. II. quaeſt. evang. q. 52., & alibi, ineptiret. Mercedis nomine ſingularis gratiae donum ex explicatiſſima eiuſdem S. Martyris revelatione ſignificatur. Nam & *gratia* Dei, ut ait idem ipſe Hipponenſ. magiſter enar. in pſal. XXXI. *merces noſtra* vocatur. At praeter ea, quae tum in hac, tum in proxima obſervatione ad rem iſtam expediendam proferimus, vide exempla antiquiſſima ſanctorum PP., unde iudicii formam de hoc noſtro ſumere poſſis. *Magiſtrianus* adoleſcens, ut ex S. Martyre Hippolyto narrat Pallad. H. L. c. 149. inſpirante Deo, *πρὸ σχήματι τῆς ἀσχολασίας praetextu intemperantiae* accedit ad proſtibulum, *profundo veſpere ingreditur ad eum, qui* (puellas) *alebat: dat ei* V. *ſolidos, & dicit ei: concede mihi μεῖναι ταύτην τὴν νύκτα manere hac nocte cum hac puella. In locum ergo occultum cum ea ingreſſus, dicit ei: ſurge, ſerva teipſam, & cum eam ſuis veſtibus induiſſet... dicit ei: egredere.*

Cete-

Cetera, quae ſequuntur, vide in adnotat. noſtra 18. ad mirac. I. In actis MM. *Alexandri* & *Antoninae* ad diem III. maii apud Bollandianos: *Angelus Domini apparuit uni militum aetate iuveni, nomine Alexandro, & dixit ei: Alexander, loquere Praeſidi, & ingredere ad Antoninam, eamque chlamyde tua indue, ut* (e lupanari) *egreſſa fugiat impium* ... Acceſſit, & dixit Praeſidi: *iube ut ingrediar ad Antoninam ſi forte ei perſuadere poſſim*; tandemque ſic fecit ut Angelus iuſſerat, & ſanctam virginem illibatam ſervavit. Idem, auctore Chriſto Ieſu, praeſtitit *Didymus* cum virgine & martyre *Theodora*, *in meritorium tradita*, quo ille *omnium prior*, *utpote ſceleratus*, *& habitu peregrino indutus* ad eam liberandam ingreſſus dicitur in actis eorumdem SS. MM. apud Ruinartium. Simile quiddam S. Ephraem Syrus de Abrahamo eremita & presbytero ſcripſit in vita *S. Mariae poenitentis*. Ut enim ſenex SS. neptem ſuam e ſordidiſſimae vitae coeno erueret, indutus militaribus veſtibus, & ad lupanar, ubi miſellam verſa-

ri

ri intellexerat, profectus, postquam dapes a *prostibuli* administro parari iusserat, quasi cum scorto coenaturus solus ad eam accedere voluit. Iohannes cognomento Κόλοβος *Curtus* missus a toto Scetensium monasterio ad *Paesiam* meretricio quaestu in fornice victitantem, ut illius saluti consuleret, accessit, & vetulae ianitrici neganti se eum introducturum, *significa*, inquit, dominae tuae: *magnum enim ipsi apporto emolumentum*. Id & anus, & famuli, & puella ipsa iam ornata, & ad procum excipiendum parata pro *mercede iniquitatis* acceperunt; sed vir sanctus unum caelestis gratiae emolumentum per oblati lucri nomen significare voluit. Haec ex Cotel. tom.I. Mon. E. G. pag.485. Cetera praeterco, ne nimius fiam.

(13) **Ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ϩⲙⲟⲧ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓ// ⲧⲟⲟⲧⲕ̀**. Ecce *magnae gratiae* donum, quod, audito miraculo, per *ministerium* mutilati in pristinam sanitatem feliciter resti-

tuti, erat Deus, valde & ſponſore S. Colutho, fornicariae Mariae certiſſime collaturus. Inde famoſa peccatrix inſignis poenitentiae exemplum ad chriſtianae fidei incrementa in tota Antinoes urbe futura erat. Neque enim dubitare licet, quin glorioſi martyris oraculum fuerit integre perfecteque completum. Ac ſi in faſtis eccleſiae inter poenitentes ſanctiſſimas geminae celebrantur *Mariae*, altera, quae neptis erat S. Abrahami, altera, quae vulgo *Aegyptiaca* nuncupatur: ſi & Moſchus in Pr. Spir. c. 31. tertiam commemorat *Mariam* e diſſolutae vitae erroribus revocatam; quartam modo ſimilis & nominis, & exempli in urbe Thebaidis Antinoe haberemus. Sed, quod iterum vehementer doleo, ea potior hiſtoriae pars, quae nobis triumphatricis gratiae prodigia in huius noſtrae Mariae converſione a Chriſto peracta ſingillatim proculdubio narraſſet, inter Thebana rudera omnino diſperſit.

ADDENDA

Ad pag. 225. *lin.* 18.

Quamquam exemplum, quod omnium fortaſſe pulcherrimum, & ad rem, qua de agitur, accommodatiſſimum eſt, memoriae defectu me praetermiſiſſe nunc demum animadverto, vehementerque doleo. Integrum illud exſtat inter laudata *Monum. eccleſ. Gr.* apud eumdem Coteler. tom.I. pag.685. ubi *de Abbate Serapione*, quem *magnum* Sozomenus, aliique appellant, iſta narrantur: *Veniens aliquando*, Abbas Serapion, *& pertranſiens per quemdam Aegypti vicum, vidit* meretricem *ſtantem in cella ſua, & dixit ei, ſenex*, προσδέκησόν με ἐψὲ· θέλω γὰρ ἐλθεῖν πρός σε, καὶ ποιῆσαι τὴν νύκτα ταύτην ἔγγιστά σου: Exſpecta me veſpere: volo enim venire ad te, atque hanc noctem iuxta te tranſigere. *Illa vero reſponſum reddidit: bene eſt, Abba. Paravit ergo ſe, ſtravitque lectum. Veſpere autem facto acceſſit ſenex: atque ingreſſus in cellam ait: Praeparaſtine lectum? Illa, etiam, inquit, Abba. Itaque clauſit ianuam, & inſit: exſpecta parumper, quandoquidem conſuetudinem habemus, donec ſecundum eam fecerim. Tum inchoavit ſenex officium ſuum, ac incipiens librum pſalterii ad ſingulos pſalmos orationem dicebat, Deum pro illa precans, ut poenitentiam ageret, & conſequeretur ſalutem. Porro exaudivit eum Deus. Nam mulier ſtetit tremens oranſque prope ſenem. Utque totum pſalterium ſenex complevit, cecidit mulier*

in terram . Senex vero inchoans Apoſtolum , multum ex ipſo recitavit , atque ſic finem impoſuit precibus ſuis . Compuncta igitur mulier , atque intelligens non propter peccatum veniſſe ad eam , ſed ut ipſius animam ſalvaret , procidit ei , ſicque locuta eſt : caritatem fac , Abba , in locum me ducito , in quo poſſim Deo placentia facere . Tunc ſenex deduxit illam in monaſterium virginum , & tradidit matri : Eaque ibi tamquam ſoror recepta , & rigidioris poenitentiae exercitationibus mire addicta , grata *& accepta fuit Deo ad reliquum vitae tempus* . Erat & hoc tam praeclarum , & admirabile exemplum ſuperioribus adiiciendum . Nam & hoc ipſo , quaſi novo quodam , ampliorique auctoritatis genere admonemur , in ea omni locutionis formula ad πέρνην directa : *exſpecta me . . . . tecum eſſe hac nocte volo* : qua uſi ſemel fuerint viri ſanctiſſimi , ut aditum ſibi patefacerent ad perditarum mulierum animos Deo acquirendos , mentem alloquentium puram , & beatae converſionis finem , certo , divinoque lumine ab iis cognitum , inſpici oportere . In uno enim verborum ſono , quum de hominibus innocentiſſimis agitur , inhaerere velle , proprium eſt maligni , vitioſi , & inquinati interpretis , de quo diceret Nazianzenus : μῶμος φείδεται κὰδ' ὁσίων , *Momus ne ſanctis quidem parcit* .

EPI-

EPISTOLA
SANCTI BERNARDI
ABBATIS CLAREVALLENSIS
AD RAYMUNDUM
DOMINUM CASTRI AMBRUOSII

Quam ex codice membranaceo ſaeculi XIV
Bibliothecae Mediceo-Laurentianae

NUNC PRIMUM PROFERT

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS

ACCEDIT

EPISTOLA MATRONAE CUIUSDAM
AD SANCTUM BERNARDUM

Ex altero codice membranaceo ſaeculi XV
eiuſdem bibliothecae.

Digitized by Google

IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII

AD FRANCISCUM M. BANDITIUM ARIMINENSEM ARCHIEPISCOPUM BENEVENTANUM ET S. R. E. CARDINALEM AMPLISSIMUM

PRAEFATIO.

QVI litteris operam navant, quique eruditis pabulum praebere ſtudent ſtatis quibuſdam operibus, id potiſſimum curant, ut primum varietate rerum omnibus placeant, tum ut ea, quae uniuſcuiuſque interſint, ſingulis conſentanea faciant. Vides, Cardinalis ampliſſime, me in eo eſſe, ut anecdotis quibuſdam opuſculis varias litteratorum claſſes detinendas, oblectandaſque ſuſceperim; quod ut aſſequar, varia tum idiomatis, & orationis, tum aetatis, & argumenti diverſitate diſtinctas lucubrationes iamdiu mihi edendas propoſui. Quare ſi quae ſunt, quae praecipue ſpectari debeant hac praeſertim temporum corruptione, quae ſe miris litterarum, ſcientiarumque progreſſibus foede immiſcuit, ea eſſe cum primis cenſui, quae ad ſacra pertinerent, quaeque vel fidei praeſtantiam, vel morum caſtitatem praeſeferrent. Verum quam ipſe umquam gratiam inirem, ſi huiuſmodi res munuſculi inſtar iis praeberem, qui ludicris, levibuſque crepundiis aſſueti (nam ceteros, qui impiis, nefariiſque commentis detinentur, utpote omnino aſpernandos non

moror) gravia , ac ſevera quaeque ad ſtomachum uſque faſtidiunt ? Sua ergo ſponte fluit cogitatio , quae ad te unum deligendum , cui Beati Bernardi Abbatis Clarevallenſis epiſtolam adhuc anecdotam inſcriberem , ac nuncuparem , me nunc potiſſimum commonefecit . Tu , qui ea ſtudia ſedulo coluiſti , quae tuum inſtitutum in primis decent , qui ad bibliothecam omni ſcriptorum genere inſtruendam in Ariminenſi Clericorum regularium collegio animum tot annorum ſpatio intendiſti , quique eos praeſertim auctores conſectaris , qui & tuam praeclaram dignitatem , & paſtoralem procurationem praeceptis , & exemplis iuvent , ac excitent , libentiſſime quidem excipies opuſculum , quod a clariſſimo , ſanctiſſimoque Ciſtercienſis ordinis alumno concinnatum tibi nunc ſtatuo . Is enim fuit Divus Bernardus , ut ſingulos fere hominum ordines inſtituendos epiſtolis ſuis ſibi propoſuiſſe viſus fuerit : quandoquidem laicos , monachos , clericos , abbates , epiſcopos , cardinales , & ipſos quoque ſummos pontifices in Eugenio III. ſcriptis ſuis pro dignitate erudivit , atque informavit , ſingulis praebens caſtigatioris vitae perquam apta documenta . Epiſtola , quam nunc profero , ea eſt , qua laicum variis humanae , rectae tamen , honeſtaeque politices praeceptis imbuendum ſuſcipiat ; quorum ſane plura cum privatum hominem , quem ſe eſſe ſentiat ſemper unuſquiſque quantacumque dignitate praecellat , reſpiciant , facile ſinguli ea vindicent , atque arripiant , quae ſibi peculiariter convenire intellexerint . Nulla vero in ceteris , ſive epiſtolis , ſive ſcriptis quibuſcumque

S. Ber-

S. Bernardi Abbatis mentio occurrit hominis, ad quem epiſtolam hanc hactenus ineditam inſcriptam animadvertimus. Qui vero & epiſtolas, & ſcripta cetera ſanctiſſimi huius eccleſiae doctoris, atque ea potiſſimum, quae Mabillonius tamquam genuina, & a ſpuriis diſtincta propoſuit (a), *accurata lectione percurrerit, facile in hac etiam ſtili dulcedinem, orationis ardorem, eloquii ſanctitatem, ſententiarum gravitatem, leporum copiam, quae eidem potiſſimum tribuuntur, non aegre deprehendet. Quod ſi id aſſerere detrectaverit, ſaltem anxium ſancti ſcriptoris imitatorem hanc ſcripſiſſe epiſtolam fateri omnino cogetur. Hanc nos quidem obtinuimus a viro clariſſimo Angelo M. Bandinio, qui ex codice membranaceo ſaeculi XIV. ineuntis, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, cui ipſe pro meritis ſuis praeeſt, exſcripſit, & ut ederemus, nobis pro ſua humanitate indulſit. Exſtat ipſa etiam in duobus aliis eiuſdem bibliothecae codicibus, quos omnes ipſe accurate recenſuit* (b); *quod dum primum facit, epiſtolae ingenuitatem in aliquod ſuſpicionis dubium revocare videtur, forte ut ſeverioribus critices regulis, quas docti interdum impenſius amant, morem gerat. Habet & ipſa bibliotheca alios codices Divi Bernardi opera continentes, & ea quidem, quae in Mabillo-*

(a) Pariſiis apud Montalan 1719. tom.VI.

(b) Vid. tom.II. *Catalog codd. mſs. Latin. biblioth. Laurent.* cod.XV. plut.XLVI. §.II. col.387., & tom.IIII. cod.V. plut. LXXVIII. §.III. col.159., tum ibid. cod.CXXXVIII. plut. LXXXX. num. VIII. pag.86. col.697.

billoniana editione deſiderentur. Cum illa vero nec pauca, nec exigua ſint, ac multo egeant examine, ſeduloque comparationis ſtudio, eadem nunc innuiſſe ſufficiat, reiectis interim in imam oram eorumdem indiciis, quae praeſto eſſe poſſint iis, quibus hanc ſpartam deinceps ornare libeat (a). *Porro alibi etiam*

(a) Plut. 14. cod. 18. §.XXII. Liber de quatuor principalibus virtutibus prudentia, magnanimitate, conſtantia, iuſtitia. Inc. *Quatuor virtutum — ſpecies multorum ſapientium ſententiis definitae ſunt*. Deſ. *aequo vivendi fine ſervaveris*. Vide Bandinium in catalogo tom.I. col.122.

Ibid. §.XXVII. De oblatione laudis. Inc. *Oblatio noſtrae laudis, quam Deo immolamus &c.* Deſ. *martyrium divinum*. Sunt variae, breveſque ſententiae. Vid. ibid. col.123.

Ibid. §. XXXVIII. De immenſa caritate Dei Patris, de mira Filii obedientia, & Spiritus ſancti benignitate. Inc. *O immenſa Dei Patris caritas, qua adeo dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret*. Deſ. *malum legere Salmonem, quam legere Salomonem*. Vid. ibidem col.124.

Plut.16.cod.1. §.XVII. Bellum de perfectione ſervorum Dei. Inc. *Peccantes prima excipit negligentia ſui, deinde curioſitas rerum exteriorum*. Deſ. *& haec eſt perfectio ſervorum Dei*. Vid. ibid. col.160.

Ibid. §. XXIV. Sermo de octo beatitudinibus per modum dialogi, & correſpondet ſuperiori proximo ſermoni. Inc. *Simile eſt regnum caelorum — monacho negotiatori, qui audiens proximarum nundinarum opinionem*. Deſ. *ubi tantam habuit copiam, & ſa-*

etiam alia habentur ſancti noſtri doctoris opera, quae abſunt a laudata editione, quaeque forte eadem quoque,

& facultatem lucrandi. Vid. ibidem col.161.

Ibid. §.xxix. De paſſione Domini in ſeptem horis canonicis meditanda. Inc. *Septies in die laudem dixi tibi. Rogaſti me, ut aliquem modum contemplandi in paſſione monſtrem tibi*. Def. *& ſedebis iuxta eum ad monumentum eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vivit &c.* Vid. ibid. col. eadem.

Ibid. §.xxxiii. De caeleſti gloria, ad quam feſtinare debemus. Inc. *Feſtinemus ingredi illam ſanctam civitatem, in qua filius virginis eſt rex*. Def. *& quidem perpetuus minimeque fucatus candor vitae aeternae*. Vide ibidem col. eadem.

Ibid. §.xxxiv. Speculum monachorum. Inc. *Fratres cariſſimi, locus iſte, in quo conveninus, locus ſanctus eſt*. Def. *& gaudere mereamini, praeſtante eodem Domino noſtro, qui cum Patre &c.* Vid. ibid. col.162.

Ibid. §.xxxv. Laus de Domino Ieſu Chriſto. Inc. *Quam pulcher es angelis tuis, Domine Ieſu*. Def. *Domine, quis ſimilis tui?* Eſt breviſſimum. Vid. ibid. col. ead.

Cod. 3. §. v. pag. 65. De amore Dei. Inc. *Magna res eſt amor, quo anima per ſemetipſam*. Def. *Non ceſſant mihi dicere, ut amem Deum meum*. Vid. ibid. col. 165.

Ibid. §. vi. pag. 66. b. De excellentia, & utilitate orationis. Inc. *Dominus dicit in evangelio, quoniam oportet ſemper orare &c.* Def. *& compendium faciam, orat & ipſe Dominus Ieſus Chriſtus &c.* Vid. ibidem col. ead.

Ibid.

que, ac quae exſtant in codicibus Mediceo-Laurentianis eſſe poſſent; quod ſine nonniſi diligenti perquiſitione aſſequi quis poterit. Scilicet cl. Martinus Gerbertius Abbas S. Blaſiii in Silva nigra ait in Itinere Alemannico (a), *haberi in mſs. operibus Sancti Bernardi adſervatis in bibliotheca Auguſtae Vindelicorum nonnulla, quae haudquaquam in Mabillonii editione occurrant, quaeque examen aliquod poſtulent Inſuper ipſe ibidem* (b) *profert epiſtolam omnino brevem, erutam ex cod. ms. ſaeculi XIII. bibliothecae Ochenhuſanae, quam S. Bernardus G. de Stopho ſcribit, quaeque in laudata editione fruſtra quaereretur. Non aſpernanda quidem, immo plurimi aeſtimanda illius ſcriptoris opera, quae eccleſiaſticam traditionem, & patrum ſeriem claudant, quaeque ſcholaſticorum barbariem, quae mox in religionem, in ſcientias, ac litteras irrepſit, feliciter antevertant.*

Nec

Ibid. §. VIII. pag. 68. b. Quomodo in pace vera obdormit anima, & requieſcit. Inc. *In pace in id ipſum dormiam, & requieſcam. Pax, inquam, illa, per quam, & in qua &c.* Def. *qui cum tanta fiducia pſallebat, in pace in id ipſum dormiam, & requieſcam.* Vid. ibidem col. ead.

Ibid. §. IX. pag. 70. b. Vita S. Bernardi, quam dedit cuidam monacho ad bene religioſeque vivendum. Inc. *Si vis plene aſſequi quod intendis, duo tibi ſunt neceſſaria facienda.* Def. *ſin autem. roga Deum, ut tibi dimittat, qui eſt miſericors & pius, benedictus in ſaecula.* Vid. ibidem col. eadem.

(a) Pag. 175., & ſeq.

(b) Pag. 216.

Nec te interim pigebit, Cardinalis ampliſſime, ſi inſuper addam epiſtolam alteram, non eam quidem a Divo Bernardo exaratam, ſed a Matrona quadam, quae ab eius conſilio, diſciplinaque penderet, ad ipſum ſcriptam. Non te quidem latet, ſanctiſſimum Abbatem noſtrum cum pluribus lectiſſimis feminis epiſtolarum commercium exercuiſſe, ut docent ipſius epiſtolae a Mabillonio recenſitae, ac datae ad reginam Ieroſolymorum, ad Mathildem reginam Anglorum, ad Sanciam ſororem Imp. Hiſpaniae, ad ducisſam Lotharingiae, ad ducisſam Burgundiae, ad Ermengardam quamdam comitisſam Britanniae, ad Idam comitisſam Nivernenſem, ad Bleſenſem comitisſam, ad Beatricem nobilem, & religioſam matronam, ad Sophiam virginem, ad Abbatisſam Faberniacenſem, ac poſtremo tandem ad nonnullas ſanctimoniales. Amanuenſis fortaſſe incuria (niſi id alia etiam culpa factum fuerit) Matronae, quae hanc noſtram epiſtolam ſcripſit, nomen nobis invidit; neque etiam inſtitutae a nobis hac de re obſervationes quidquam lucis attulerunt. Hanc epiſtolam quinetiam nobis communicavit laudatus Bandinius, qui ipſam ex codice altero Mediceo Laurentiano, eoque membranaceo ſaeculi xv. eruere ſategit (a), *nobiſque edendam conceſſit. Quam vellem, ut ego gratum, & obſequentem in te animum meum prodere nunc ſtudui, ſic tu meam hanc voluntatem, & obſervantiam aequi, bonique conſuleres! Sed quid ab antiqua tua, planeque ſingulari humanitate nunc mihi polliceri non dubi-*

(a) Vid. tom. I. *Catalog. codd. mſs. Latinor.* cod. II. plut. XVI. pag. 234. col. 163.

dubitem? Quae quidem humanitas etſi ſtimulis non egeat, nec precibus locum relinquat, patere tamen, Cardinalis ampliſſime, ut de ea iugiter mihi conſervanda, tamquam de re mihi tum cariſſima, tum ſpectatiſſima, cuius inſtar eorum, qui pretioſas res poſſident, ſollicitum eſſe me decet, te maiorem in modum exorandum nunc cenſeam. Vale.

Datis Romae idibus auguſti anno a Chriſto nato CIↃIↃCCLXXX.

EPI-

EPISTOLA
SANCTI BERNARDI
AD RAYMUNDUM
DOMINUM CASTRI AMBRUOSII.

GRatioso militi, & felici Raymundo domino Caſtri Ambruoſii Bernardus in ſenium deductus ſalutem. Doceri petis a nobis de cura, & modo rei familiaris utilius gubernandae, & qualiter patresfa-

rresfamilias debeant ſe habere, ad quod tibi reſpondemus. Licet omnium rerum mundanarum ſtatus, & exitus ſub fortuna laborent, non tamen hoc timore eſt vivendi regula omittenda. Audi ergo, & attende. Quod ſi in tua domo ſumptus, & reditus ſunt aequales, caſus inopinatus poterit deſtruere ſtatum eius. Status hominis negligentis domus eſt ruinoſa. Quid eſt negligentia gubernantis domum? Ignis validus in domo accenſus. Diſcute diligenter eorum diligentiam, & propoſitum, qui tua adminiſtrant. Labenti, nondum lapſo facultatibus minus verecundum eſt abſtinere, quam cadere. Saepius revidere, quae tua ſunt, quomodo ſint, magna prudentia eſt. Cogita de cibo & potu animalium tuorum; nam eſuriunt, & non petunt. Nuptiae ſumptuoſae damnum ſine honore conferunt. Sumptus pro militia honorabilis eſt, ſumptus pro iuvando amicos rationabilis eſt. Sumptus pro iuvando prodigos perditus eſt. Familiam groſſo

groſſo cibo, non delicato nutrias. Qui guloſus effectus eſt, vix aliter quam morte mores mutabit. Guloſitas vilis, & negligentis hominis putredo eſt; guloſitas ſolliciti, & diligentis hominis ſolatium eſt. Diebus paſchalibus abundanter, non delicate paſce familiam tuam. Fac gulam litigare cum burſa, & cave cuius advocatus exſiſtas. Si autem inter gulam & burſam iudex exſiſtas, ſacpius, ſed non ſemper pro burſa ſententiam feras. Nam gula affectionibus probat, & ſic teſtibus non iuratis, burſa evidenter probat, iam arcis, & cellario vacuatis, vel in brevi tempore vacuandis: tunc male iudicas contra gulam, quando avaritia ligat burſam; numquam recte inter gulam & burſam avaritia iudicabit. Quid eſt avaritia? ſui homicida. Quid eſt avaritia? paupertatis timor. Semper in paupertate vives: recte vivit avarus in ſe, non perdens divitias, ſed aliis reſervando. Melius eſt aliis reſervare, quam in ſe perdere. Si abun-

das blado, non diligas caneſtrum. Diligens caneſtrum cupit eſſe pauperum homicida. Vende bladum, cum ſatis valet, non quando per pauperem emi non poteſt. Vicinis minori pretio vende, etiam inimicis; non ſemper gladio, ſed ſaepe ſervitio vincitur inimicus. Superbia contra vicinum balenum eſt; exſpectas tonitru cum ſagitta. Habes inimicum capitalem, in carcere poſitus es, habes inimicum, quaeras tuum oculum pro cuſtode. Si habes inimicum, converſationem non habeas cum ignotis. Semper cogita, quod inimicus ſagax cogitat inimici vias. Debilitas inimici non eſt loco pacis, ſed tregua ad tempus. Si te (ſic) ſecurus (a) non cogitare, quae tu cogitas, inimicum, periculo te exponis. De feminis tuis ſuſpectis quid agant, ignorantiam non ſcientiam quaeras. Poſtquam ſciveris crimen uxoris,

(a) Lege: *Si non es ſecurus &c.*

ris, a nullo medico curaberis : dolorem de mala uxore tunc mitigabis, quando audies de uxoribus alienis. Cor nobile, & altum non inquirit de operibus mulierum, malam uxorem potius risu, quam baculo castigabis. Femina meretrix, & senex omnes divitias annullabit: femina senex, & meretrix, si lex permitteret, viva sepelienda esset. De vestibus nota, quod vestis sumptuosa probatio est pauci sensus. Vestis minus apparens cito vicinis taedium parit : stude bonitate placere, non veste. Mulieris petitio habentis vestes, & vestes quaerentis, non indicat firmitatem. De amicis teneas, quod maior est amicus, qui sua tribuit, quam qui seipsum offert, de illis magna est copia amicorum. Amicum non reputes, qui te praesentem laudat ; si consulis amico, non quaeras placere sibi, sed rationi. Dicas in consulendo amico, sic mihi videtur, non praecise sic agendum est. Facilius de malo

exitu consilii redargutio sequetur, quam de bono laus. Audivi, quod te visitant ioculatores, attende quae sequuntur. Homo ioculatoribus intendens, cito uxorem habebit, cuius nomen est paupertas. Sed quis erit huius uxoris filius? derisio. Placet tibi verbum ioculatoris, finge, te non audire, & alia cogitare: ridens, & gaudens de verbis ioculatoris iam pignus sibi dedit. Ioculatores improperantes digni sunt suspendio. Quid est ioculator, mala improperans? animal homicidium secum portans. Ioculatores instrumentorum Deo placuerunt. Audi de famulis. Famulum alti cordis repelle ut futurum inimicum. Famulum tuis moribus blandientem repelle. Famulo, & vicino te laudantibus resiste, alias te cogitat decepisse. Famulum de facili se verecundantem dilige, ut filium. Si vis aedificare, inducat te necessitas, non voluntas. Cupiditas aedificandi aedificando non tollitur, nimia, & inordinata aedificandi

candi cupiditas parit, & exſpectat aedificiorum venditionem. Turris completa, & arca vacuata faciunt valde tarde hominem ſapientem. Vis aliquando vendere, cave partem hereditatis non vendas te potentiori, ſed potius minori pretio, te minori. Totum autem vende plus offerenti. Melius eſt gravem pati famem, quam patrimonii venditionem. Sed melius eſt partem vendere, quam te uſuris ſubiicere. Quid eſt uſura? legalis latro, praedicens quod intendit. Nihil emes in conſortio potentioris: parvum conſortem patienter ſuſtineas, ne tibi ſociet fortiorem. Quaeſiviſti de uſu vini. Qui in diverſitate, & abundantia vinorum eſt ſobrius, ille eſt terrenus Deus. Ebrietas nil recte agit, niſi cum in lutum cadit. Sentis vinum, fuge conſortium. Sentis vinum, quaere ſomnum, antequam colloquium. Qui ſe eſſe ebrium verbis excuſat, ſuam ebrietatem aperte accuſat. Male ſedet in iuvene vina co-

gnoſcere. Fuge medicum ſcientia plenum, exercitio non probatum. Fuge medicum ebrium. Cave tibi a medico volente in te experiri, qualiter alios de ſimili morbo curabit. Caniculos valde parvos dimitte. Clericis, & reginis canes cuſtodes utiles ſunt. Canes ad venandum plus conſtant, quam conferant. Habentem filios, diſpenſatorem tuorum bonorum non inſtituas, ſed dices, ſi averſetur fortuna, quid prodeſt vivendi doctrina? Audi quod de hoc viderim ſtultos obmittentes continentiam, & tandem ſe excuſatos ſub fortuna: & venit aliquando fortuna, ſed ſervans doctrinam raro accuſabit fortunam. Raro enim diligentiam cum infortunio ſociabis, & rarius a pigritia infortunium ſeparabis. Exſpectat piger ſibi ſubveniri a Deo, qui vigilare praecepit in mundo. Tu ergo vigila, & levitatem expendendi cum gravitate lucrandi compenſa. Appropinquat ſenectus; conſulo, quod Deo potius

potius quam tuo filio te committas. Disponis legatum; consulo, quod prius servitoribus quam sacerdotibus solvi mandes. Diligentibus personam tuam non committas animam. Commitie animam tuam diligenti animam suam. Dispone de rebus ante morbum; saepe quis efficitur infirmitatis servus, & servus testari non potest. Liber ergo testeris, antequam servus efficiaris. Sufficit tibi quod dictum est de testamentis. De filiis audi. Mortuo patre, quaerunt divisionem, si nobiles sunt; melior est saepe eorum asperſio per mundum, quam hereditatis divisio. Si laboratores sunt, faciant, quod volunt, si mercatores, tutior est divisio, quam communio, ne unius infortunium aliis imputetur. Mater autem forsan remaritari quaerit; stulte agit; sed ut peccata sua deploret, utinam ipsa senex accipiat iuvenem, nam non ipsam, sed sua quaesivit, quibus habitis, bibet cum eo doloris calicem, quem optavit,

ad quod eam perducat meta ſuae vitae damnabilis ſenectutis. Amen.

Deo gratias.

EPI-

EPISTOLA

MATRONAE CUIUSDAM

AD SANCTUM BERNARDUM

ABBATEM CLAREVALLENSEM

Ex codice ms. membranaceo ſaeculi xv
bibliothecae Mediceo-Laurentianae.

EPISTOLA
MATRONAE CUIUSDAM
AD
SANCTUM BERNARDUM
ABBATEM CLAREVALLENSEM.

ANguſtiae, fateor, mihi ſunt undique, quoniam quem diligit anima mea ſermonibus excitare compellit amor, impatiens intellectus ſcaturit, dilatatur affectus, verum cenſura ſilentii reprimit, dum nota non exprimit lingua balbutiens,

tiens , charta deficit , retunditur calamus , manus quoque ab antiquo non impigra retardatur . Evae nempe maledictae , non corpore , ſed ſpiritu parturiens doloribus , premor magna ſollicitudine Sarae , anxiae Rebeccae deſiderio , aemulatione Rachelis , Liae contemptu . Atque utinam mihi prudentia daretur Iahelis , importunitas Ruth , Iudith audacia , placor Ediſſae , ut operirem pallio Siſaram , amicirer Boozo , deciperem aggrediens Holofernem , in bonum hoc nil ultra ſimile illis attentans , & adirem Aſſuerum in throno ſedentem languentis animae ſalubria petitura . O indicibile Magdalenae gaudium , o ſolatium , o tripudium , quae Ieſu fructus virginei pedes deoſculans , rigans lacrimis , capillis tergens , ungens unguento , antidotum reportavit ſalutis . Cum haec ſervo , ſervo Ieſu . Si data licentia , & honeſtate concedente , impenderem ab ubertate , iucunditates conciperem . Fierem , arbitror , prae magnitudine gaudii ſemiviva .

viva. Gaudeo quia ſcienti legem loquor, cui omnia prout ſonant, ſapiunt, & figuras, & aenigmata intelligit, & exponit. Quid noſtra paternitatem veſtram epiſtolari diſtendo anguſtia, cum ad vocem dudum loquelae grandis in me ignis amoris omni narratione maior exarſit; ita ut fructeta vanitatis omnia exuſta ſint, & cum ſponſa clamarem una voce: filiae Ieruſalem nunciate dilecto, quia amore langueo. Quis mihi det, ut languentes & vos, & bibatis poculum quo potatis. Indulgete, pater, indulgete, ſtulta facta ſum, vos me coegiſtis. Caritas quae eſt in Chriſto, urget me, plena quidem ſum ſermonibus, & uteri mei ſpiritus me coartant. Quapropter verbis finem imponens dominationem veſtram, quae unica & ſingularis eſt mihi, flagito in Chriſto Ieſu pro vulneribus interpellans eamdem, quatenus ancillae veſtrae, ac, quaeſo, filiae memoriam habeatis, quae in ſignum incorruptae fidei, non in munus per latorem praeſentium enxenium

nium offero, & praeſento, deſiderans, & anhelans, antequam moriar, veſtris conſpectibus conſolari.



LAUREN-

LAURENTII GRANAE

ROMANI

EPISCOPI SIGNINI

ORATIO IN FUNERE

CLEMENTIS VII

EX MS. COD. MEMBRANACEO

Bibliothecae Marii Compagnonii Marefuſcii
S. R. E. Card. ampliſſimi

ERUTA

ET A IOHANNE CHRISTOPHORO AMADUTIO

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITA.

ANIMAE PIENTISSIMAE
MARII COMPAGNONII MAREFUSCII
S. R. E. CARD. AMPLISSIMI
IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS

Pacem, & ſalutem ſempiternam precatur.

MVLTA in hac vita geruntur, praeſertim, ſi officia ſpectentur, quae nec obſervantia, nec amicitia, nec gratus animus eliciat, ſed quae vel aſſentatio, vel cupiditas, vel pavor ipſe perſaepe ingerat. At vero ſi noſtra pietas exerátur erga eum, quem mors interceperit, nulla iam ſuboriri poteſt dubitatio, quin ea pura, caſta, ſimplexque habenda ſit, quae nimirum ſola honeſtate excitetur, & a qua cunctae privati ſtudii ſuſpiciones omnino abſint. Habe nunc ergo, Anima pientiſſima MARII MAREFVSCII *Cardinalis, obſequii noſtri pignus ſincerum omnino, & ingenuum, atque illud quidem poſt fata, quae te nobis paullo citius ſurripuerunt* (a), *quaeque ut ſpem omnem gratiae aſſequendae interciderunt, ita & nos ab omni gratiae rependendae munere abſolvere facile potuiſſent. Tua enim ſunt, quae edimus, tuque ea no-*

(a) Obiit a. d. x. kal. ianuarias exeunte anno CIↃIↃCCLXXX., cum natus eſſet annos LXVI. menſes III. dies XIII.

bis ſponte obtuliſti, ut proinde aequum omnino eſſet, ut ipſa tamquam ἀντίδωρον *ad te redirent. Nos ſane occulta, ac ſecreta ingrati animi exprobratione percelleremur, atque iratos tuos pientiſſimos manes vereremur, ſi quod, te vivente, facere ſtatueramus, illud, te mortuo, omittendum cenſeremus. Quare ut apud nos, ac bonos omnes vivunt adhuc virtutum tuarum merita, quae & aſſiduo uſurpamus ſermone, ita illud inſuper adveniſſe tempus arbitramur, quo liberius etiam liceat honori tuo favere; ſiquidem invidia ipſa, niſi infenſiſſimis animis inſideat, aut pervicaciſſima atrocitate acuatur, adverſus mortuos omnino obticeſcere conſueverit. Id ipſum nimirum animadverterunt Valentinianus, & Marcianus Auguſti in epiſtola, quam pro Flaviano epiſcopo Conſtantinopolitano vita functo conſcripſerunt* (a): Οὐδέ ποτε δόξα τῷ θανάτῳ τῶν ἐνδόξων ἀπόλλυται, οὐδὲ συναποθνήσκουσι τοῖς τελευτῶσιν αἱ ἀρεταὶ· μᾶλλον δὲ τῶν ἀγαθῶν ἡ ὑπόληψις αὔξεται τῇ τελευτῇ, ἐπεὶ ὅπερ ἅπας ὁ κατὰ τῶν τελευτώντων ἐκποδὼν γίνεται φθόνος. Gloria numquam glorioſorum hominum morte premitur, nec pereunt cum morientibus virtutes; imo etiam obitu exiſtimatio augetur proborum hominum, quia omnis adverſus mortuos evaneſcit invidia. *Quapropter cum tempus ipſum, & grata voluntas officia, & praeconia noſtra potiori nunc iure expoſtulent, te idcirco nunc nobis veluti ſpirantem ſiſtimus, te veluti nos*

(a) *Concil. Chalcedon. ann.* CCCCLI. tom. IX. *concil. Labbé* pag. 238.

nos comiter auſcultantem alloquimur, tibique libentes animo plaudimus, dum typis expreſſam exhibemus laudationem, quam Laurentius Grana in funere Clementis VII. Romani Pontificis iampridem habuit. Eam quidem ex codice tuo membranaceo excerpſimus, ut ex altero omnino ſimili alteram etiam in funere Cardinalis Aegidii Viterbienſis ab ipſo habitam eruimus. Fuit Laurentius Grana, ut tu pro tua omnigena eruditione nobis ingerere ſolebas, patria Romanus, qui cum adoleſcentiam per omnem honeſtarum diſciplinarum cultum tranſegiſſet, id aſſecutus eſt, ut inter Canonicos baſilicae Lateranenſis Sancti Salvatoris, cui tu, dum vixiſti, beneficio Clementis XIV. praeglorioſiſſimi Pontificis, a quo & purpurae honorem, ac cetera ornamenta accepiſti, cum archipresbyterali dignitate praefuiſti. Cum autem vitae, ac probitatis fama Grana ipſe inclareſceret, & apud Clementem VII. gratia polleret, ad Signinum epiſcopatum anno CIↃIↃXXVIII. evectus eſt. Duas ille, quas tu manuſcriptas in inſtructiſſima tua bibliotheca adſervabas, quaſque paullo ante memoravimus, funebres orationes, quas innuit & Mandoſius (a), haud tamen virorum, in quorum laudem ſunt, deſignato ab ipſo nomine, compoſuit, ut & alia opera, quae idem diſperſa ait, quaeque adhuc ignorantur. Obiit tandem Grana noſter anno CIↃIↃXXXIX. nonis ſeptembris, eiuſque corpus tumulatum eſt in baſilica Lateranenſi, ubi adeſt marmoreus titulus, qui & ab Ughellio adductus cernitur (b). Quare ipſe vixit annos XLV. men-

(a) *Bibliothec. Roman.* vol. II. pag. 304.

(b) *Ital. ſacr.* tom. I. col. 1240.

menſes VI. *dies* XI. *Singula quapropter commemoravimus, quae de orationis auctore cognoſcere aequum erat eos, quibus ad eius lectionem accedere libuiſſet, eaque inſuper praefati ſumus, quae gratum animum noſtrum, & perenne obſequium in te de nobis optime meritum publice quodammodo teſtatum faciant. Si te ergo nunc mortalia tangunt, aequi bonique conſulere velis hoc quodcumque eſt in te noſtrae pietatis, & obſervantiae argumentum; hinc que noſtri memor uſque ſis, ac pete pro nobis, ut ſalvi ſimus* (a). *Aeternum igitur vale, Anima pientiſſima* MARII MAREFUSCII *Cardinalis; nos te eo ordine, quo natura iuſſerit, cuncti ſequemur.*

(a) Vid. chriſtianam inſcriptionem apud Marangonium poſt *acta S. Victorini* pag. 90.

LAUREN-

LAURENTII GRANAE
ROMANI
CANONICI LATERANENSIS
ET EPISCOPI SIGNINI
ORATIO
IN FUNERE
CLEMENTIS VII

ADmirabilis, ac pene divina maiorum veſtrorum, Patres ampliſſimi, ut omnibus in rebus, ita & in ſummorum Pontificum exequiis honeſtandis, prudentia enituit; qui ut novem continuis diebus eiſdem ſummis Pontificibus parentare, ita & totidem laudationibus illorum res geſtas commemorare, & celebrare memoriam nominis conſueverunt; qui mos integre quondam, ſancteque obſervatus, in Bonifatio IX. Pontifice deſiit, pravoque abolitus exemplo, ſi quando alias, hoc quidem tempore a nobis potiſſimum deſideratur.

Nam ſi ego hodie Clementem VII. Pont. Max. pro imperii magnitudine, & dignitate, pro ſingulari iuſtitia, ac religione, pro excelſa, atque inaudita in quacumque fortuna conſtantia, prudentia, integritate, ceteriſque animi dotibus laudare vellem, opus undequaque infinitum aggrederer. Quis etenim non videt, vel in uniùs Mediceae familiae laudibus connumerandis, neque omnibus, quotquot ſunt, unum diem oratoribus, neque uni innumeros eſſe? Ea etenim ſi vetuſtate quaerimus, patriae Florentiae coaeva, tot viris animi, conſilii, probitatis, ingenii, & virtutum omnium affluentia conſpicuis claruit, ut eidem patriae ornamento, civibus amplitudini, Italiae ſplendori, univerſo denique mortalium generi fructui uberrimo exſtiterit. Poſſent innumera in omni laudum genere exempla proferri; poſſent ſub vetuſta illa Medica lauro, caelo edita, atque addita caelo, omnium ſcientiarum incrementa citari, cui Graecas, & Latinas noſtrorum temporum litteras;

ac praeclaras quaſcumque artes, artiumque profeſſores, ab omni ſquallore, barbarie, & pene interitu ipſo vindicatos, una cum morum elegantia, & rerum gerendarum ſolertia debeamus; ex qua Leo ille X. opt. max. ad temporum felicitatem, ad bonorum ſalutem, ad virturum omnium praeſidium, divinum, atque immortale numen huic urbi, & chriſtianae reipublicae prodiit. Tantae igitur familiae laudes ſi attingo, ad Clementis vitam planum, atque expeditum mihi iter non video; ſi taceo, veſtros animos, in quorum manſuetudine, & benignitate ſpes omnis noſtrae orationis poſita eſt, vehementer offendo; nam cum nemo veſtrum ſit, praeter unum probatiſſimum, atque omni laude, & honore digniſſimum Alexandrum Farneſium veſtri ordinis principem, qui & ipſe animo, atque officio huic ſemper familiae coniunctiſſimus exſtitit, nemo, inquam, veſtrum ſit, qui iſtam dignitatem, qua fulgetis, qua omnibus anteitis, qua ſummae chriſtianae reipublicae praeſidetis,

ſidetis, Leoni X., & Clementi VII. Medici acceptum referre non debeat, vereor equidem, ne me conſulto tot, & tantas virtutum laudes ſilentio obruentem infenſis animis audiatis. Verumtamen date, obſecro, hanc veniam pro veſtra pietate, Patres, & mihi, & cauſſae, & tempori accommodatam, quandoquidem nil ego aliud hodie, quam earum tantum rerum capita, quae ad Clementem VII. Pontificem pertinent (ſi veſtra favebit benignitas) breviter, atque expedite perſtringam. Chriſtiana res omnis ſumino erat in metu, & periculo conſtituta, afflictae provinciae; turbati populi, vexatae urbes, barbarus hoſtis, Tauruno capto, Rhodo expugnata, ſpe, atque animo inflatus, ingenti collecto exercitu ſeſe efferebat, ferro, fame, peſtilentia Italia vaſtabatur, eccleſiae navis ſanctiſſima, ventorum iniuriae obnoxia, Hadriano VI. Pontifice vita functo, debito rectore indigebat. Cum, divino annuente Numine, Clemens VII., quem & ſcire, & poſſe tanti molem impe-

rii

rii ſuſtinere compertum erat, veſtris ſuffragiis Pontifex maximus eſt renunciatus. Qui ſub divo Leone patruele ſuo, magnis ſemper, atque arduis in negotiis verſatus rerum ſummae praefuerat; clariſſimorum regum, ducum, populorum clientelas valido, atque intrepido animo & bello, & pace ſuſceperat; praeſtantibus in omni virtutum genere ingeniis fautorem, patronum, parentem praeſtiterat; quem Florentia optimum, ac ſanctiſſimum Praeſulem; Bononia, omniſque Inſubrum natio Legatum iuſtiſſimum, atque integerrimum; Roma ſemper gravem, ſemper modeſtum, ſemper prudentem Senatorem Vicecancellarium dignoverat; qui dignitate, opibus, auctoritate praeſtans innumeros ad ſummos honores evexerat; qui villas, atque aedificia cum antiquitate ipſa certantia exſtruxerat; qui incredibili benignitate, & manſuetudine ſuam opem nulli umquam bono experenti denegaverat. Is igitur minime ignarus, quantum eſſet ad opus, vigiliamque vocatus, nullos

ſibi

ſibi labores, nullas moleſtias, ut gregem ſuae creditum fidei tueretur, detrectandas conſtituit. Primum enim (ut verum Chriſti vicarium, & communem parentem decebat) ſimultates, odia, iniurias condonavit, oblitteravit, extinxit; reges deinde, ac principes per litteras, & nuncios eſt adhortatus, ut, depoſitis armis, ſedatis diſcordiis, ſe ad chriſtianam rempublicam ſublevandam, quae multis cladibus debilitata, caput iam extollere, & ſeſe erigere vix poſſet, converterent. Duo tunc in Italia exercitus, qui de honore, atque imperio dimicabant, ita manus conſeruerant, ut illius pugnae eventus, quem fore cruentiſſimum metuebamus, paucorum vix notorum peditum interitu conficeretur. Hanc Clemens occaſionem, qua facile iniri foedus, & ſalutaris poterat concordia ſtabiliri, minime omiſit. Quandoquidem tempore, ſi tuae litterae, Paſtor ſanctiſſime, oratores, monita, preces denique efferos, atque obſtinatos mortalium animos ad bonum, atque aequum flectere po-

potuiſſent, ſi tua vota, & conſilia, pacem, compoſitionem, concordiam flagitantia valuiſſent, nec tantum chriſtiani ſanguinis effuſum eſſet, nec nos in tot poſtea ſcopulos, & naufragia incidiſſemus. Sed neſcio quo fato, perverſa eorum voluntas, quorum nullae res ſecundae ſedare cupiditatem potuerant, eam omnem rationem pacis, mentionemque Clementi intervertit. Inde novae legiones conſcriptae, novi exercitus comparati, nova bella inſtaurata, tot caedes, funera, exitia, quae refugit animus reminiſci, lingua haeſitat dicere, ex illo fonte emanarunt. Quo in loco appello ego vos, divina, atque immortalia Numina, quae hominum mentes tenetis, & cernitis, Clementem omnibus illis tot in foederibus, quae in illis reipublicae tenebris, in illorum temporum iniquitate, ac neceſſitate peregit, nil niſi quietem Italiae, & pacem publicam quaeſiviſſe, tantumque apud illum pacis mentio, & oblata conditio potuit, ut Legatum praeſtantiſſimum Auguſtinum Tri-

Trivultium, excelſi animi, virtutis, prudentiae Cardinalem, re bene ad Fruſinonem geſta, pulſis, fugatiſque hoſtibus, atque urbe metu, & periculo liberata, cum victore exercitu, ulterius progredi paſſus non ſit, & maritimam claſſem multis hoſtium oppidis poritam, dimiſſo exercitu revocarit. Sinite me hic, Patres ampliſſimi, illorum temporum aerumnas, ac miſerias praeterire; nolo etenim hodie illius diei, quo tam indigne urbs haec concidit, memoriam repetere. Nolo cicatrices noſtras, obducta iam vix cute, refricare. Clementis tantum Pontificis prudentiam, atque animi magnitudinem refero. Nam cum funeſta ea fax, atque impia letale illud excidium, atque incendium aris, templis, penatibus Diis denique, atque hominibus attuliſſet, & modo integerrimos; atque ampliſſimos Patres, modo ſummum ipſum Pontificem, qui Hadriani in arce ſub ducum, ac tribunorum exercitus cuſtodia detinebatur, ſibi obſidem dari pro male merito multo-

rum

rum menſium ſtipendio peteret, ea fuit Clementis divina mens, & conſilium, ut compoſito animo, & confirmato, incredibili manſuetudine, ac patientia, nunc ſibi hos, nunc illos concilians, eo uſque rem diſtulerit, quo ab Carolo Caeſare nunc Imperatore auguſtiſſimo, qui pro ſua pietate, ac religione horrendum illud facinus deteſtari viſus eſt, exſpectatus liberandi Pontificis nuncius affuit, & ab Franciſco Galliarum Rege Chriſtianiſſimo validus in Italiam exercitus ad ſummum Pontificem, & Romanam eccleſiam defendendam properavit. Quod ſi in illis Clemens calamitatibus, tot adverſantibus fortunae ictibus, prudentiae clypeo non obſtitiſſet, & fracto, ac debilitato animo, maerore, aut metu aliquo concidiſſet, legitimum paſtorem tuum Roma, una cum univerſa eccleſia, haud exiguo temporis intervallo deſideraſſes. Soleo ego, Patres ampliſſimi, mecum ipſe aliquando ſummorum Pontificum, qui hactenus fuerunt, res geſtas contemplari, illorumque adverſis,

ac felicibus rebus noſtrorum temporum varietates, turbineſque conferre, in quibus, quod ſatis, ſuperque admirari non poſſum, ſanctiſſimos illos invenio, quorum bonitate, doctrina, exemplis nil dignius praedicatur, & his graviora perpeſſos, & atrocioribus calamitatibus obrutos. Sic ſub Zozimo illo paſtore integerrimo Roma a Gothis peſſumdata, & pene everſa. Sic ſub Leone illo primo, qui Attilae furorem ſua ſanctitate compeſcuit, diruta. Sic ſub Pelagio & humana carne veſci coacta, & ab Totila incenſa. Sic ſub ſanctiſſimo illo noſtro Gregorio longa obſidione, crudeli ſtrage, aquarum alluvione, aeris intemperie, fame, ac peſtilentia confecta: & tamen non minus iſti prudentes, ſancti, optimi Pontifices ſunt appellati. Divina etenim iudicia quis evitabit? Et niſi Dominus cuſtodierit civitatem, in ſumma humanarum rerum virtute, ac prudentia, quis non peribit? Sed ego ad Clementem redeo, qui omnia praeſtantis animi ſenſa, & conſilia in Deo ſta-

ſtatuens ad eas omnes actiones radicitus evellendas, quibus in nos divina potuiſſet iuſtitia animadvertere, omni cura, ac diligentia incubuit. Sic ritus, mores, habitus ad priſtinam honeſtatem redegit. Sic quae ad ſacerdotia conculcanda, ad quietos vexandos, ad lites, tricaſque inſerendas viguerant, prohibuit. Sic ſacra, ſolemneſque caeremonias exquiſito cultu, ac debito ſervari voluit, & celebrari; ipſeque ante alios, Chriſti ſervatoris noſtri exemplo, ne cui ſpes aeternae ſalutis, ob tot patrata in diripienda urbe flagitia, ac ſcelera, adimeretur, omnibus illis ducibus, militibuſque pepercit. Sicque urbe cedens ad fidiſſimam, ac munitiſſimam Orvietum civitatem ſe contulit, ubi divino quaſi numine Moſchenſium Regis oratores, qui multis iam menſibus ab Hyperboreis oris ad Pontificem venerandum profecti diſceſſerant, cunctis novos hominum ritus, habitus, ſermonemque admirantibus, Clementem orthodoxae paſtorem eccleſiae, ac principem, oblatis va-

variis muneribus adoraverunt. Quos ipſe benigne, liberaliterque tractatos, laetos, atque earum rerum, quas petierant, compotes, fidis ductoribus ſociatos in ſuas oras, regioneſque remiſit. Ad perpetuum deinde procurandae inter chriſtianos principes concordiae ſtudium incumbens, eouſque ſua illam indagine veſtigavit, quoad duae integerrimae, atque antiqui moris feminae Margarita Caroli Imperatoris amita, & Ludovica Franciſci Regis Chriſtianiſſimi mater, pacem tam diu quaeſitam, divini miraculum Numinis (Clemente rerum omnium moderatore, atque arbitro) compoſuere. Haec fuerunt in tanta temporum caligine Clementis VII. ſtudia, facta, conſilia; hac ſe ille conſtantia, prudentia, religione ad meliorem fortunam, qua ſuam omnibus virtutem oſtenderet, & quae poſtea ſecuta ſunt, ageret, reſervavit. Haec dum brevibus colligo, quod hactenus feciſtis, Patres, obſecro, diligenter attendite. Duas ſibi res Clemens in eo temporum ſtatu maxime procuran-

das

das propoſuit ; alteram exſtirpandae haereſis , alteram Turcarum furorem comprimendi , ac delendi . Quocirca cum Carolum Caeſarem Auguſtum in Italiam profectum ſummo cum honore , atque apparatu Bononiae recepiſſet , eumdemque chriſtiani corona , atque inſignibus imperii decoraſſet , de rebus fidei priſtinum in ſtatum communi conſilio vindicandis , ſaeviſſimi , atque immaniſſimi tyranni conatibus infringendis , deque nonnullis , quae inter principes ſupererant , ſimultatibus abolendis , inito ad quietem publicam foedere , eodem cum Imperatore tractavit , ac ne qua in Italia ſcintilla flammam excitaret , data opera eſt , ut ii , qui e florentiſſima , ac pulcherrima Etruriae civitate indigne familiam Medicen eiecerant , coacti longa obſidione ſe dederent , arma deponerent , & incolumi civitate , integriſque omnium fortunis , reſpublica modeſtum , praeſtantem , validum , omnibuſque iuſtum , atque aequum iuvenem , eius gentis Alexandrum Ducem ac-

ciperet, a qua ornatam, auctam, defenſam, & ſaepius ſe conſervatam meminerat. Vix dum Romam ſummus Pontifex venerat, cum per clariſſimorum Germaniae principum litteras in communi diſcrimine opem Romanae eccleſiae expetentium eſt nunciatum, Turcarum exercitum Pannoniam tranſgreſſum Germaniae civitates omnibus viribus oppugnare; quae quidem res adeo Clementis commovit animum, ut ab urbe transferre ſe in Germaniam cogitarit. Sed cum dilationem pati id bellum non poſſe cerneret, in ſummis aerarii anguſtiis, torque anteactis ruinis, pecuniam celerrime undique conquiſivit; atque eo durante bello, ingentem auri ſummam ſingulis expendi menſibus imperavit, & quo imminenti periculo maiori, qua poterat, auctoritate, & praeſidio occurreret, Hippolytum Medicem nepotem cariſſimum Cardinalem, praeſtanti animo, conſilio, integritate praeclarum ad bellum tam grave, tam neceſſarium, tam metuendum Legatum ſuum deſtinavit, ad cuius nomen ex

ex tota undique Italia nobilitas excitata ad ſaga, atque arma cucurrit, &, delectu habito, validae, ac robuſtae legiones conſcriptae, praeſtantiſſimum Legatum in Germaniam ſunt ſecutae, cuius ductu, & auſpiciis (quod multis iam temporibus non eſt auditum) Romana, atque Itala ſigna, antiqui vigoris, ac roboris, ad eas urbes, regionesque penetrarunt, tantique illa res fuit, ut Germanorum animos alacres, atque ad pugnam paratos in fide Caeſaris confirmarit, & Turcarum Tyrannus, cuius enſis tot iam per annos chriſtiano maduerat ſanguine, tot urbes vi, & obſidione expugnarat, tot provincias ſuo imperio adiunxerat, depoſito ſupercilio, & tumore in timorem commutato, manus conſerere auſus non ſit, pedem retulerit, & turpi, atque infami fuga ſe ad intimi ſui regni loca receperit. Praetereo hic ego conſulto, quanto ſtudio iterum Bononiam profectus Carolum Imperatorem, re bene geſta, & compreſſa Turcarum ſuperbia, in Hiſpaniam redeuntem complexus ſit, quae

ad pacem confirmandam egerit, quae foedera ad quietem Italiae inierit, quot, quantisque abeuntem Carolum officiis, atque honoribus sit prosecutus, ut ibidem Senatus amplissimus oratori Aethiopum Regis Romanae ecclesiae veram obedientiam profitenti Clementis summa cum maiestate, ac dignitate sit datus, ut Romam postea reversus, cum intestinis, ac periculosis christianorum principum discordiis extremam imponi manum vix posse animadverteret, & multa ad nova bella excitanda parari sentiret, bonus pastor ad novos labores, ad maris aestus, & longinqua arripienda itinera, ut opportuno aliquo in loco cum Francisco Gallorum Rege Christianissimo congrederetur, omni se cum diligentia accinxerit. Iudicabat etenim Pontifex sapientissimus, Franciscum Regem cum praestanti natura, & virtute, tum singulari pietate, ac religione salutaria semper consilia probaturum. Quamobrem cum Rex ille optimus suam classem omnibus rebus ornatam, atque instructam, qua Pontifex vehe-

veheretur, Piſanum uſque ad portum miſiſſet, felici, fauſtaque navigatione Clemens Maſſiliam appulit. Plena erant littora, agri, portus earum gentium, ac populorum, qui vera fide, ac religione commoti omnium generum, aetatum, ordinum vocibus felices ſe, ac beatos appellabant, quibus ſanctiſſimum Pontificem, qui Chriſti in terris vices gereret, adorare, & cernere conceſſum eſſet. Cum duobus clariſſimis Franciſci Regis filiis comitatus, & Gallorum ducum, ac principum humeris vectus, ſplendido undique apparatu, Clemens eam urbem ingreſſus eſt, quem Rex ille inclitus una cum lectiſſima femina Regina uxore, & ornatiſſimo regni ſucceſſore filio verum, dignum, unicum catholicae eccleſiae paſtorem eſt veneratus: ubi de ſtatu chriſtianae religionis, de ſedandis pernicioſiſsimis litibus, de pace undique ſtabilienda, & bello in Turcas inferendo tanta Clemens integritate, ac gravitate tractavit, ut eam quietem, ocium, ſecuritatem, quae poſtea ſecuta eſt, & qua

nunc Italia fruitur, ſola Clementis cura indefeſſa, ac vigilia fecerit. Qua in re una cum Clementis virtute Franciſci Regis animi magnitudo, ac praeſtantia enituit, qui ea affinitate, qua nobiliſsima familiae Medicae adoleſcentula Aurelianorum Principi Regis filio nupſit, perpetuum animi candorem, humanitatem, benevolentiam ſummo Pontifici oſtenderit. Divinum vere Pontificem, quem etſi temporum iniuria varias in calamitates, ac ruinas impulerit, illius tamen prudentia tantum valuit, tantum potuit, tantum peregit, ut pacatis tot fluctibus, & ſuperatis (quod neſcio, an ulli umquam Romano ante eum Pontifici contigerit) exterarum gentium, diſiunctiſsimarumque terrarum, ac regionum oratores Moſchenſium, atque Aethiopum, & duos orbis terrarum fulgentiſsimos principes, Carolum Caeſarem Auguſtum Imperatorem coronatum, Gallorumque Regem Franciſcum Chriſtianiſsimum, ac porentiſsimum, proſtratos ad genua, & pedes, eumque dignum caput eccleſiae profiten-

fitentes, venerantes, adorantes conſpexerit. Video, Patres ampliſsimi, dum temporum ſeriem conſector, multas me praeclaras, atque praeſtantes Clementis VII. virtutes praeterire, quas potuerunt veſtra potius ingenia conſiderare, quam noſtra tenuitas ulla ex parte complecti. Probabit etenim hoc ſemper, vel me tacente, illius vitae integritas, qua non favore ullo, non prece, aut precio adduci potuit, ut eccleſiae civitatem ullam, oppidumve alienarit. Probabit iuſtitia, qua ut ius ſuum unicuique redderet, in reges, ac principes aeque, ac in privatos exercuit. Probabit fides, quam vel ipſis etiam hoſtibus incorrupte obſervandam cenſuit. Probabit religio, qua tanta cum maieſtate, & decore ſolemnes caeremonias vultu, geſtu, pronuntiatione obſervare, tempora, & ritus dignoſcere, ac tota mente, animoque Deo ſacra facere conſueverat. Probabit vitae bonitas, atque innocentia, qua nulla apud eum monſtra vigere, aut nutriri conſpeximus. Probabit modeſtia, qua-

in tanta imperii poteſtate ita vixit, ut dictorum, factorum, conſiliorum rationem omnibus redditurus videretur. Probabit labor ille indefeſſus, quo perpetuos dies, ac noctes publicis intentus negociis, inaudita comitate, ac facilitate omnes ad ſe adire, & ad ſatietatem uſque ſenſa animi proferre patiebatur. Probabit ſublime ingenium, quo de variis diſciplinis, atque artibus, de natura locorum, gentium, provinciarum, de bello, pace, foederibus, de imperii maieſtate, ac ſplendore ſcite, atque exactiſſime diſſerebat. Probabit denique ſacroſanctus veſter ſenatus, in cuius dignitate amplificanda nullo umquam ſtudio defuit.; neque etenim ille plus velle, ac ne optare quidem auſus eſt, quam quod veſtro eſſet conſilio diſcuſſum, votis expenſum, ſententiis comprobatum. Vidiſtis vos, Patres, in comitiis ſenatoriis, atque arduis ſemper in rebus Clementem non elatum, non iracundum, non medio quemque in ſermone interpellantem, non quid imperium, aut poteſtas, ſed quid eius

officium in veſtra dignitate conſervanda poſtularet, ingenti benignitate, bonitate, manſuetudine quaeſiviſſe. Sed tamen, bone Deus, quam caduca eſt, & fragilis humana conditio, vana ſpes, fallaces cogitationes! Cum Clementem VII. P. M. poſt tot pericula, labores, itinera, in tanta quiete, & concordia Italiae, tanta Romanae eccleſiae auctoritate, tanto familiae Medicae ornamento, Romae ſanum, incolumem, quietum conſpicimus, dum longiore nos aevo illius ſub prudentia, & conſilio quieturos ſperamus, LX. etenim vix annum attigerat, tam benigno, iuſto, prudente paſtore, ac principe privati ſumus. Importuna etenim, atque acerba vi morbi correptus ille Clemens, qui praeſaga futuri, ac divina mente haud diutius ſe in terris manſurum praevidens, non ea tantum, quae ad animi ſalutem, & commoda, verum etiam (ut pontificium funus debito cultu, atque honore vel mortuus honeſtaret) ea omnia indumenta, quae ad cadaver ſepeliendum pertinebant, para-

paraverat. Dum adventare iam tempus cerneret, quo mortalis immortalitatem indueret, in tam longa ſex menſium aegrotatione, tot in doloribus, quos incredibili ſemper cum patientia toleravit, nonnullis ex veſtro ordine ad ſe vocatis (neque enim illum cum omnibus colloqui febris importuna ſinebat) cum multa graviter, ac ſapienter de ſtatu chriſtianae reipublicae protuliſſet, omnemque ſupellectilem, ſe praeſente, colligi, publiceque ſervandam tradi quaeſtoribus voluiſſet, primum eccleſiae ditionem, ac libertatem, deinde nepotes cariſſimos, familiam, domeſticos veſtrae fidei, ac pietati commiſit, ipſeque nullis aliis rebus, quam immortali, ac divinae intentus felicitati, cum ſanctiſſimum Chriſti corpus, illaque eccleſiae ſacramenta, quae ad caeleſte iter peragendum attinent, ab ampliſſimo, atque integerrimo Antonio Cardinale Puccio ſummo Poenitentiario ſibi dari petiiſſet, vera fide, ac religione, ſummo, ſanctoque Pontifice digna, ſperans,

rans, confidenſque in Ieſu Deo ſuo extremum vitae ſpiritum edidit. Quod ſi praeclari, ac perfecti Pontificis eſt in vigilia, ac ſpecula ſibi commiſſa excubare; ad pacem, quietem, concordiam animum ſemper intendere; omnes horas publicis negotiis impertiri; temporum calamitates conſilio, virtute, conſtantia ſuperare; lapſam eccleſiae diſciplinam reſtituere; nullos terra, marique labores, nulla pericula ad reges pacificandos detrectare; principibus contra hoſtes fidei dimicantibus theſauros, legatos, praeſidia mittere; ſingulari iudicio inter ſummos, infimos, medios cum gravitate, ac maieſtate verſari; iuſtitiae metam non tranſgredi; inimicum perpetuum vitiorum, cultorem modeſtiae, ac virtutum omnium exſiſtere; ſemper frugi, ſemper ſobrium, ſemper conſtantem, integrumque inveniri; ſacroſancti ſenatus dignitatem conſervare, & augere, Clementem VII. Medicem, ſi geſta geſtis, & tempora temporibus conferemus, inter probatos Pontifices,

ces, quos integerrimos, prudentiſſimos, celeberrimos legimus, iure ipſo connumerabimus, laudabimus, venerabimur. Quod quidem ita eſſe nos in dies magis, ac magis ſummo illius deſiderio commoti luce clarius dignoſcemus, & poſteritas ipſa melius, quam nos, ſine odio, ſine invidia, ſine malevolentia iudicabit.

LAUREN-

LAURENTII GRANAE

ROMANI

EPISCOPI SIGNINI

ORATIO IN FUNERE

AEGIDII CANISII CARD. VITERBIENSIS

EX MS. COD. MEMBRANACEO

Bibliothecae Marii Compagnonii Marefuſcii
S. R. E. Card. ampliſſimi

ERUTA

ET A IOHANNE CHRISTOPHORO AMADUTIO

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITA.

Digitized by Google

IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII

AD PRAESTANTISSIMUM PATREM

FRANCISCUM XAVERIUM VASQUEZIUM

PERUANUM

MAGISTRUM GENERALEM

ORDINIS EREMITARUM AUGUSTINENSIUM

PRAEFATIO.

LEVIA ipſa munuſcula plerumque haud ingrata contingunt, ſi ad eos mittantur, quorum intereſſint, & ad quos veluti iure quodam pertinere videantur. Huiuſmodi eſt opuſculum, quod tibi nunc iſto, PRAESTANTISSIME PATER, *quodque tibi potiſſimum donatum volui, non quod exiſtimem per illud poſſe me quoque modo humanitati erga me tuae reſpondere, vel etiam obſervantiam meam tuae dignitati parem exhibere, ſed quod illud potius cognoverim tibi pluribus nominibus convenire, ac proinde acceptiſſimum tibi futurum facile coniecerim. Habe ergo tibi nunc laudationem ſane elegantiſſimam, quam in funere ampliſſimi S.R.E. Cardinalis Aegidii Caniſii Viterbienſis habuit Laurentius Grana Romanus* (a), *vir dicendi arte clariſſimus, Canonicus Lateranenſis, ac dein Epiſcopus Signinus* (b) *at immaturo quidem nimium fato peremptus. Non eſt*

(a) Vid. *biblioth. Rom.* Proſperi Mandoſii vol. II. pag. 304.

(b) Vid. Ughell. *Ital. ſacr.* tom. I. col. 1240.

eſt ergo, cur verear, quin ſis libenter perlecturus laudes hominis, qui te in ſupremo ordinis tui magiſtratu praeceſſerit (a), *qui familiae tuae honores multiplici ſapientia, & trium linguarum, Hebraeae ſcilicet, Graecae, & Latinae peritia praeſertim amplificaverit, quique demum nominis famam, & meritorum copia illuſtris dignus habitus fuerit, qui anno* MDXVII. *Lateranenſi concilio peracto, & comprobato, a Leone X. litteratorum omnium patrono munificentiſſimo cum XXX. aliis Cardinalibus Romana purpura donaretur, hincque in Hiſpaniam legatus mitteretur, ut Selymo, poſt debellatos Perſas, & duos Memphiticos Reges interfectos, nobis arma minitante, Chriſtiani denuo ad ſacrum bellum excitarentur. Licet enim adſint tibi* alphabetum Auguſtinianum *Thomae de Herrera* (b), diſſertatio hiſtorica de cc. celeberrimis Auguſtinianis ſcriptoribus *Dominici Antonii Gandolfi* (c), & bibliotheca Auguſtiniana *Iohannis Felicis Oſſingerii* (d), *unde ea petere abunde potuiſti, quae virum ampliſſimum tibi ſummopere commendaverint, haud tamen tibi grave erit ſolida eloquentia exornatas virtutes eius omnes denuo percurrere, & veluti in clariori luce poſitas intueri. Tu ergo, qui pro tuo in litteras, ac diſciplinas omnes ſtudio, ac voluntate in inſtructiſſima tua Angelica bibliotheca;*

(a) Electus fuit magiſter generalis ordinis ann. MDVII. in comitiis Neapolitanis, praefuitque annos circiter XII.

(b) Vid. pag. 42.

(c) Vid. pag. 16.

(d) Vid. pag. 190. edit. Ingolſtadii, & Auguſtae Vindelicorum ann. 1768.

theca, quam Paſſioneiorum codicum, librorumque omnium acceſſione locupletaſti, provide adſervas, & cariſſima habeas acta ordinis tui tempore magiſtratus ſupremi Aegidii Viterbienſis ab ipſomet conſcripta (a), *eiuſque quinetiam mſs. opera plurima, Ilicetum ſcilicet Auguſtinianum* (b); *commentarium in lib. I. ſententiarum more ſcholaſtico ad mentem Platonis; hiſtoriam xx. ſaeculorum per totidem pſalmos digeſtam* (c); *librum in taghin, id eſt in*

(a) *Incipiunt acta ordinis Eremitarum S. Auguſtini an.* MDVII. *maio m. tempore magiſtratus ſupremi Aegidii Viterbienſis, uſque ad ann.* MDXI. [licet eius magiſtratus pervenerit uſque ad ann. MDXIX.] Sequitur *Regiſtrum Aegidii Viterbien.* [pag. 75.] *ab an.* MDXI. *uſque ad* MDXIX. *a P. Franciſco Gambaſita ord. ſecret. iuſſu eiuſdem Aegidii, ac de mandato Rmi P. M. Philippi Vicecomitis Gen. ord. hic tranſcriptum ann.* MDCLII. *men. iun.* Exſtant haec omnia in cod. ms. membranaceo in folio.

(b) Hoc opus exſtat in cod. ms. membranaceo, ac dedicatum eſt a F. Baſilio Eremit. Auguſt. Petro Sotherino Florentinae reipublicae dictatori perpetuo illuſtri. Scilicet Ilicetum eſt locus ilicibus plenus in Etruria a civitate Senenſi non longe diſtans.

(c) Aliter etiam inſcribitur, ſcil. *Chronicorum liber in* XX. *ſaecula diſtinctum uſque ad ſaeculum Leonis X., atque in iis declarat pſalmos* XX., *dum ſaeculo cuique unum pſalmum accommodat.* Hieronymus Seripandius Card. haec in ſuo exemplari apoſuit: *Huius libri exemplum unicum Alexandro Card.*

ſigna facta ſuper litteras Hebraicas , & praeſertim ghimel , zain , teth , ſamech , gnhain , zadi , & ſin ; librum radicum Hebraicae linguae , ſive dictionarium (a) ; *ac tandem eiuſdem epiſtolas ad aliquos ſui ordinis alumnos inſignes , ad principes , & litteratos viros* (b) : *id etiam nunc velis , obſecro te , ut*

Card. Farneſio a me commodatum , eo pontificatum ineunte , amiſſum eſt , quod quibuſdam poſt annis Marcellus Cervinus Cardinal. S. Crucis , cum in campo Florae venundaretur , redemit . Eſt igitur , ut opinor , penes eius heredes . Haec ſcripſi , ne quis alienis ſe plumis venditaret .

(a) Initio haec leguntur : *Curavit Fr. Aegidius Viterb. Erem. haec haberi , tametſi inepta , inſulſa , & minus latina ; maluit tamen hoc uſui eſſe ſuis , quam contempnere ; uſui vero poſſunt eſſe non mediocri . ſi quis cum Hebraeo codice conferat . ſine quo conferre poſſunt nihil . Id non omiſerim praecepto Domini obtemperari non poſſe ſine his , cum ſcripturas ſcrutandas eſſe mandavit : quibus duo eſſe apud Hebraeos conſtat admodum neceſſaria . & bas grammatices inſtitutiones ad linguam , & archanas commentationes ad intellectum .* Ad calcem vero haec habentur : *Fratris Aegidii V.* [Viterbienſis] *or.* [ordinis] *Eremitarum S. Auguſtini iuſſu ſcripta ſunt haec , quamquam inculcata , inverſa , dura , & quae recte vix percipi poſſint , maluit tamen Fratres ſuos his utcumque uti poſſe , quam omnino carere . Qui legis , boni conſule .*

(b) Tres habentur mſs. codices , in quibus continentur Aegidii Viterbienſis epiſtolae . I. inſcribitur : *Collectio epiſtolarum Aegidii Viterbienſis praeſertim , & aliorum concinna-*

ut inter haec cimelia locum aliquem obtineat hoc quidquid eſt libelli, cui argumenti cognatio quaedam id tribuat, quod eidem & mole ſua, & mei cauſſa numquam adſequi licuiſſet. His accedit, me

 hanc

cinnata a Seraphino Eremita anno MDVII. *Iliceti degente*; ubi ſunt epiſtolarum libri VIII., & eclogae III. Aegidii Viterbienſis. II. hunc titulum gerit: *Epiſtolae Aegidii Viterbienſis ad Fratrem Gabrielem Venetum ab anno* MCCCCXCVII., *uſque ad ann.* MDXVII. Sequuntur epiſtolae eius, qui codicem exaravit ad annum MDXXVI., ſcilicet Fr. Marci Antonii Patavi Codertae, & aliorum, ac praecipue Gabrielis Veneti. Cod. chartaceus eſt in 8. III. demum hac fronte donatur: *Copia delle lettere dell' Illmo, e Rmo Card. Egidio Viterbienſe protettore della religione Agoſtiniana ſcritte al Reverendo P. M. Gio. Franceſco Libertà Treviggiano priore del monaſtero di Santa Margarita di Treviggi*. Quare ibidem animadverti has epiſtolas modo datas Patavii anno MDXXVIII., modo ex campo Nogara, modo Bugnoli eodem anno, modo Romae anno MDXXXI., & XXXII. ad eumdem ſupra deſignatum; licet quaedam etiam habeatur anno MDXXXI. exarata, quae eſt ad Fratrem Sebaſtianum Ariminenſem. Tum ſequuntur epiſtolae Card. Alexandri Farneſii, Gabrielis Veneti, Iohannis Franciſci Libertatis, Card. Hieronymi Seripandii ad Ioh. Fr. Libertatem, & Georgii Cornelii Epiſcopi Tarviſini. Tandem poſt carmina Latina, & Italica variorum in laudem Ioh. Fr. Libertatis ſequitur oratio eiuſdem Libertatis pronunciata in eccleſia Tarviſina in celebratione capituli provincialis anni CIↃIↃXX. Cod. chartac. in 8.

hanc laudationem exſcripſiſſe ex ms. codice membranaceo bibliothecae ſelectiſſimae ampliſſimi S. R. E. Card. Marii Compagnonii Mareſuſcii, quem recens

. . . . . raptum

Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo,

quemadmodum & alteram ab eodem Grana habitam laudationem in funere Clementis VII. ab alio codice omnino ſimili, ipſo comiter indulgente, excerpſi. Tu, qui eo animo polleas, quem haud fati, vel temporis, vel viciſſitudinum ſortes immutent, & quo informari decet probos, ingenuos, fortes, ac tenaces propoſiti viros, quos unicus veritatis amor tenet, cur non libentiſſime excipias, & in deliciis habeas quaecumque tibi in memoriam revocent purpuratum virum, quem nimirum vitae caſtimonia, puriorum eccleſiae doctrinarum cognitio, & propugnatio, ceterarumque virtutum veluti agmen tibi ſpectatiſſimum, immo & coniunctiſſimum prorſus effeciſſent? Haec ſi modo ſpectaveris, in eam ſpem facile adducor, fore, ut munuſculum hoc ipſum, quod ſentio, quam ſit exiguum, dignum quoquomodo & gradus tui praeſtantia, & animi magnitudine videatur. Vale, PRAESTANTISSIME PATER, & diu vive ſtudiorum, atque ſanioris theologiae bono, & incremento.

Datis domi kal. maii CIↃIↃCCLXXXI.

LAUREN-

LAURENTII GRANAE
ROMANI
CANONICI LATERANENSIS
ET EPISCOPI SIGNINI
ORATIO
IN FUNERE
CARD. AEGIDII VITERBIENSIS
ORDINIS AUGUSTINENSIUM.

SI quis eſt, Patres ampliſſimi, qui me hodiernam dicendi provinciam fretum fortaſſe aut eorum ſtudiorum exercitatione, in quibus multis, variiſque laboribus omnem fere aetatem conſumpſi, aut eius dignitatis auctoritate, quam Clemens VII. Pont. max., veſtra benignitate annuente, longe in me maiorem, praeſtantioremque eſſe voluit, quam mea umquam merita poſtulaſſent, aut alicuius gratiae, ambitionis, gloriae cupiditate commotum ſuſcepiſſe arbitretur, is velim pro ſua prudentia, atque aequitate meae vitae ratio-

nes modeſtiae ſemper fines ſpectaſſe conſideret, atque aequus, bonuſque aeſtimator de me aliter ſentiens conceptam, atque inſitam opinionem toto ex animo evellat. Nam quis eſt uſque tam vecors, tam ſibimet ipſi tribuens, tam huius urbis cenſurae, vitaeque communis ignarus, qui ad Aegidii Cardinalis praeſtantes animi, atque ingenii dotes connumerandum, probitatem, integritatem, religionem recenſendum, ſingularem, atque incomparabilem eloquentiam praedicandum, omnium ſcientiarum, linguarum, diſciplinarum doctrinam referendum, ad eius egregios, frugiferoſque labores, pro veſtra dignitate, imperio, maieſtate, ſuſceptos adducendum, & demum (ut uno omnia verbo perſtringam) quis eſt, inquam, qui ad Aegidium laudandum eodem met ipſo Aegidio laudatore opus eſſe non videat? Quantum vero ad ſuſcepti oneris propoſitum attinet, dolore, officio, pietate, & debita adductus reverentia huc prodeo, dumque ingrati animi notam

cupio

cupio effugere, ingratum prodire in diſcrimen non abnuo, quandoquidem nec volui, nec fas eſſe duxi Aegidio, qui meam ſaepius dicendi tenuitatem veſtra in corona ampliſſime collaudarat, qui me inter cariſſimos, atque addictiſſimos connumerabat, cuius erga me animi teſtimonium vel morientis exſtiterit, vita functo, vocem hanc fractam, & debilem denegare, atque in eius laudibus celebrandis, quicquid eſt in me dicendi facultatis, ac ſtudii, non exhibere, quod tunc pro viribus faciam, cum me veſtra benignitas placide, atque attente audiendo animabit. Viterbio in urbe parentibus Aegidius natus eſt, qui non tam generis, aut nominis claritate, quam bonitate, honeſtate, religione fulgebant. Quorum opera, ac diligentia peractum eſt, ut filius a primis ipſis incunabulis his vocibus, moribuſque aſſueſceret, qui ad Deum colendum, laudandum, timendumque attinerent, nec minus cum e pueritiae diſciplina exceſſiſſet, erudiendus, honeſtis litterarum prae-

ceptoribus traderetur. Vigebant tunc Viterbii, ſicut pluribus Italiae in civitatibus, bonarum litterarum, atque artium diſciplinae, ibique non ſolum indigenae viri clariſſimi, verum etiam advenae omni ſcientiarum genere excellentes loci illecti commoditate, urbis pulchritudine, rerum omnium affluentia, atque ubertate litteraria ſeſe in palaeſtra exercebant. Verumtamen non eſt in animo quidquam de illius urbis antiquitate, praeſtantia, nobilitate proferre; eſſet enim mihi ab initio Etruſcorum genus omne, vetuſtas, potentia recenſenda, ut omne Italiae imperium duodecim in colonias diſtribuerint. & Tyrrheno, atque Hadriatico mari perpetua nomina indiderint, a quibus Romana reſpublica triumphorum pompas, atque ornamenta, ſacrorum caeremonias, haruſpicem, tubam, ludionem in theatris acceperit. Nec poſſem ſine iniuria tot patres celeberrimos noſtrorum temporum praeterire, & Deſiderii Regis teſtimonium de Viterbienſibus marmorea tabula Langobardis

gobardis inſcriptum characteribus ſilentio obruere. Quae quidem omnia etſi ad communem laudandi morem, atque Aegidii gloriam pertinent, cum tamen ipſe ita propriis decorus laudibus eluceſcat, ut quod de Marco illo Catone ſeniore teſtatum reliquit antiquitas, quocumque loco natus eſſet, fortunam ſibi facturus fuiſſe videatur, facile haec aliis elogia, titulosque reliquit, & tantum una cum his connumerari contentus eſt, qui ſuapte virtute, ac laboribus aditum ſibi ad ſummos gradus, atque ordines patefecerunt. Eſt etenim omnium fere mortalium atteſtatione approbatum, ut iis, quibus ex anguſta illa, ac difficili virtutis ſemita prodire ad ſummos honores contigerit, neſcio quo pacto maiores ab omnibus plauſus, acclamationeſque tribuantur. Quod ſemper in hac civitate, ſemper in chriſtiana religione, ſemper in veſtro ſenatu fieri perſpectum eſt, at celebres huiuſce conditionis ſummo ſemper in pretio patres, collegaſque habueritis. Quamquam, Pa-

tres

tres ampliſsimi , veſtram ego ſemper dignitatem non ut humanam , ſed divinam penitus ſum admiratus , in qua etſi diverſas virtutum vires , gradus , munera intueamur , neminem tamen ex vobis , niſi caeleſti electum conſilio , numine , voluntate , & quaſi manu altiſsimis in ſubſelliis collocatum exiſtimamus . Errant enim homines , ſi vos , quorum poteſtas ad Deum ipſum immortalem proxime accedit , & Chriſti in terris vicario tam iuncta eſt , quique divinae hominum parti , menti ſcilicet , atque animo praeſidetis , caſu , aut fortuito in graviſsimam curarum molem aſciſci autumant . Divina eſt veſtra auctoritas , divinitus conſtituta , omneſque , quotcumque eſtis , divinos ſuſpicimus , atque admiramur . Sed ego ad Aegidium redeo , qui in tanta praeceptorum copia , ſummo ingenio , continua exercitatione , cum carmine , ac ſoluta oratione , cum antiquitate prope ipſa certaret , animum ad religionem adiecit , & ſua vota , vota illa ſanctiſsima Deo reddere ſtatuens Eremitarum

mitarum Divi Auguſtini ordinem, in quo una cum chriſtiana ſanctitate ſemper virtutum omnium ſeminarium viguit, duo de viginti annos natus, fauſto ſidere, felicibus auſpiciis iniit. Patavium deinde profectus, bone Deus! quantos ſtudiorum fructus oſtendit, quam late, atque alte vox eius, ceu aquilae volantis, intonuit. Nam cum logicen, phyſicen, divinam ſcientiam profiteretur, modo ipſe arduas quaeſtiones defendens, modo aliorum ſententias oppugnans, rariſſimos inveniebat, qui cum eo aequo, ut aiunt, marte congredi auderent. Nec mirum, quando eloquentiae armatus praeſidio diſtincte, ornate, eleganter noverat ſenſa animi proferre, & ſuos tamquam ungues, digitoſque explicare. Cui ne quid ornamenti, ac roboris ulla ex parte deeſſet, Graecarum litterarum ſtudia adiunxit, & illa nobili, ac neceſſario adiumento munivit. Erat illis temporibus Eremitanorum praefectus Marianus Latio oriundus, qui primas ſibi in concionibus ſine controverſia vindi-

vindicabat. Is Aegidium e Patavio Romam ad ſe vocavit, apud quem auxit famam Aegidius praeſentia, & omnem de ſe opinionem, exſpectationemque ſuperavit. Siquidem hoc in loco, frequenti veſtro ſenatu, nova, atque inaudita problemata primum Platonico more, ac diſciplina, deinde Ariſtotelico diſputans, & ſubtili, ac vehementi oratione, modo haec, modo illa defendens ab eodem Mariano theologica eſt laurea decoratus, & perpetuus comes delectus. Mortuo deinde Mariano, cum iamdiu concepta animo, atque exoptata ſolitudinis, & contemplationis dulcedine traheretur, ſeceſſum Suriani pagi (*a*), haud longe a Viterbio tutiſſimum, atque amoeniſſimum ſibi incolendum

(a) In regiſtro Aegidii Viterbien., de quo in praefatione adnot. (*a*), de hoc ſeceſſu haec habentur ad annum MDVII. die XVI. auguſti pag. 15: *Dominicus, & Matthias familiares Protectoris noſtri ſilvam inviſunt, fatenturque ſe nobis tam quieta, & tam ſerena ocia invidere, nec ſatis umquam caelum, ſpecula, rupes, ſcopulos, antra, nemus, umbras, fonticulos laudare, ac commendare poſſe videbantur.*

lendum delegit, ibique ad Hebraeorum litteras, ac monumenta exactiſſime dignoſcenda ſuam omnem curam, cogitationemque convertit. Quotiens Aegidius, imperantibus illis, quorum erat in poteſtate, petentibus illum certatim Italiae principibus, ut ad concionandum proficiſceretur, ingemuit, quod ab omni laude digniſſimo, & quieto vitae genere divelleretur. Verumtamen cum obſequio, ac patientia bonorum probari animos noſceret, aliorum potius imperio, quam ſuo commodo, ac deſiderio obtemperavit, de cuius concionibus quid eſt, Patres ampliſſimi, quod me referente audiatis? Vidiſtis vos pluribus in locis, ſed hoc praecipue in templo, de rebus chriſtianae religionis ſublimibus, de arcanis, atque abditis fidei, de liberalibus omnibus diſciplinis, cum ſemper frequens conſeſſus veſter adeſſet, cum catervatim populus Romanus ad Aegidium audiendum concurreret, cum boni viri, ac litterati omnes pro flagitio ducerent Aegidii concionem

cionem aliquam vel in ſummis occupationibus praeterire, quanta maieſtate dicentem, quanta rerum varietate decorum, quanta doctrinae ubertate affluentem; quam lenis, ſummiſſus, facilis, cum ad dolorem, & lacrimas commoveret; quam gravis, acer, ſeverus, cum in vitia gentium inveheretur; quam vehemens, concitatus, terribilis, cum linguae gladio haereticorum portenta obtruncaret. Taceo abſtruſa, atque uni tantum pervia Aegidio penetralia laudationum. Taceo una cum pronunciatione oris, vocis, totius denique corporis gratiam. Cum reges, & principes aeque, ac plebem, & populum ad quoſcumque animi motus impelleret, cum nil abiectum, nil vulgare, nil ſordidum, ſed omnia ab ipſa ſublimis, & praeſtantis iudicii officina depromeret, divinum vere hominem, in quo non tantum mellifluos, ut referunt ex ore, ac pectore Apollinis, fluvios, non tonitrua, ac fulgura, quae Graecia tantopere eſt admirata, ſed ideam ipſam veri, ac perfe-

perfecti oratoris e divina illa mente ad mortales delapsam nobis licuit intueri. Verumtamen tibi ego, Pater optime, atque integerrime, hoc potissimum in loco nimis tibi inepte, nimis insignem iniuriam facio, dum quae potius silenda, horumque tacitae cogitationi, atque animis relinquenda erant, ieiune, leviterque percurro. Vigebat per omnem Italiam non minus Aegidii gravitatis, religionis, integritatis fama, quam doctrinae, ac facundiae, cum Iulius II. Pont. max. in his Eremitanorum comitiis, quae secundum a Mariani obitu celebrabantur, nec deessent plurimi, qui ad primatum illum contenderent, atque anhelarent, Aegidium nil minus cogitantem e Suriano receſſu per certum ad se nuncium advocavit, eiusque perspectae virtuti, ac prudentiae curam tanti ordinis praebuit. Qua dignitate exornatus, quid referam, quanta humanitate antiquioribus assurgeret, eos in consilium adhiberet, suas omnibus deferret, scientiis praeditos debitis honoribus,

bus, muniisque praeficeret, pietate, ac ſanctitate conſpicuos veneraretur, reliquos non ad unam tantum, ſed ad omnes virtutes incitaret, ita ut eum totum ordinem Eremitarum ſuis continuis ſtudiis, ac vigiliis auxerit, atque ampliarit. Facile etenim omnes, cum ducem probum, doctum, modeſtum dignoſcerent, quem non avaritia ad cupiditatem, non odium ad furorem, non voluptas ad ignaviam, non ambitio ad ſpem turpem aliquam incitaret, illius actionibus, atque inſtitutis commovebantur. Fruſtra vigilant praeſides, incaſſum labores conterunt, qui ſe exiſtimant ſubditos vi, minis, terrore, ac tormentis ſub modeſtiae, ac perfectae virtutis legibus continere; difficilis etenim poſſeſſio eſt hominum, nec facile mortalium animi ſubiugantur. Sit bonus, iuſtus, fortis, temperatus, qui praeſidet, nullo labore experietur poteſtati, atque imperio addictos ad illius ſeſe naturam, moreſque conformare. Haec in Aegidio exempla vigere, atque elucere Iulius II. Pont.

Pont. animadvertens, atque illum ad maxima quaeque tractanda, ac peragenda aptiſſimum iudicans ad inclitam Venetorum Rempublicam legavit, ut de Flaminiae civitatibus, quas vetuſto iure, ac debito Romanae eccleſiae repetebat, cum graviſſimis illis Senatoribus ageret; quo in loco, nil dicam gravius, ne Italiae, obducta iam cute, vulnera videar refricare, ſi togati illi proceres Aegidii poſtulatis, hortationibus, conſiliis annuiſſent, atroci illo in conflictu tot occiſorum mortalium ſanguine Adria non redundaſſet. Quo deinde Pontifice vita functo, & Leone X. Medice ad ſuorum temporum felicitatem Petri in ſolium evecto, cum Franciſcus Rex Chriſtianiſſimus, ac potentiſſimus ſuas in Italiam legiones duxiſſet, & proſtratis hoſtium copiis, Mediolanum una cum tot Inſubrum civitatibus recuperaſſet, novique bellorum motus ſuborirentur, ſuminus ille Pontifex quieti publicae conſulens, Aegidium, ut cum Maximiliano Caeſare, de chriſtianorum prin-

cipum concordia, & rerum Italicarum pacificatione ageret, in Germaniam misit, ubi tantum ille iudicio, atque ingenio potuit, ut iratum Maximiliani animum pacatiorem, mitioremque reddiderit, Romamque reversus Caesaris, & Germanorum principum dicta, voluntates, consilia, ceu picta in tabella Pontifici expressit. Hanc igitur virtutem Leo Pontifex, in quem omnes omnium virtutum cumulos natura congesserat, in illis magnis Cardinalium comitiis, quae admirabili prudentia, atque animi magnitudine habuit, haud diutius debere ea in fortuna consistere, sed amplissimum ad honorem evehendam existimavit. Videor etenim videre, atque eum diem memoria teneo, quo de improviso Leonis iussu Iohannes Matthaeus Gibertus, nunc Veronensis Antistes integerrimus, atque optimus, nostri ordinis splendor, & bonorum omnium firmum praesidium, & numen, Aegidium in Vaticanum vocavit. Quanta tunc litteratis laetitia, quanta spes bonis, quanta

acceſſit auctoritas, cum Aegidium cernerent non ad alienae petitionis odioſum ambitum, non potentia, & faſtu, non diuturno obſequio, ac famulatu, verum commendantibus meritis, conciliante virtute, ad eam dignitatem perveniſſe, quae diu bonarum litterarum, & ſcientiarum cultoribus clauſa, & multis non tantum tenuioribus peſſulis, ſed vectibus obvallata putabatur; quando multos iam per annos haec magnorum principum mentes ſententia invaſerat, litteratos viros merito fovendos eſſe, alendos, alliciendos, verum intra certam dignitatis metam, certos honorum terminos coarctandos, ne aut pauperie omnino ſorderent, aut divitiis, & poteſtate abundarent, & dignitatis aliquo odore, ac nomine, magiſque fructu, ac cenſu ſeſe ipſos conſolarentur, cum non niſi maxima cogente Principum neceſſitate, ſumma doctrina, atque eloquentia praeditos, maximis auctos honoribus, & eos quidem rariſſimos numerarent. Quo nil foedius exemplo, nil retrius;

nil ad iugulandam poterat virtutem truculentius inveniri. Erigendi igitur, ornandi, in ſublimibus ſunt ordinibus conſpiciendi doctrinae ignari, virtutis expertes, quaſi ab iis ſit exſpectanda prudentia, & difficillimis reipublicae temporibus opera, & vigiliae iaceant, iaceant merita, litterae, & virtutes reliquae ſquallore, obſcuritate, deſperatione conficiantur? Non tulit Leo Pontifex, qui ſub paterna illa Medica lauro caelo edita, atque addita caelo omnium virtutum ſemina pullulaſſe, atque increviſſe meminerat; non tulit, inquam, tam infami nota ignominiae ſua tempora pollui, tam turpi vitio, ac morbo corrumpi: ſiquidem deligens ex omni virtutum genere, ac praeſtantia viros veſtri ordinis maieſtatem, atque amplitudinem decoravit, nec quiſquam e tanto patrum numero exſtitit, qui dignus eo gradu, dignus tanto honore, dignus tanti principis munere, ac liberalitate non haberetur. Et veluti ſerena in nocte caelum ipſum intuentes multorum

rum ſiderum ſplendore, copia, varietate oblectamur, ita & in illis comitiis quocumque oculos convertebamus, praeclara ſeſe undique nobis virtutes Leonis X. munificentia ornatae offerebant. Sed de uno mihi nunc Aegidio agendum intelligo, qui cum ampliſſimam dignitatem omni cum gravitate, ac virtute ſibi conſervandam proponeret, & Cardinalium mentem, conſilium, operam cum ad communem chriſtianae fidei utilitatem, tum ad bonos viros ſublevandos impendendam animadverteret, nil de ſolita benignitate, atque humanitate detraxit, nil de laborioſae vitae, ac ſtudiorum curſu, & genere minuit. Nam dum perpetuos dies, & noctes legem Domini meditatur, ſecreta quaedam, atque abdita Hebraeorum volumina, quae ab illius gentis magiſtris celari audierat, omni ſtudio, ac diligentia conquiſivit, tantumque illius cura indefeſſa, ac liberalitas valuit (nullis etenim laboribus, nullis ſumptibus parcens ad tercentos aliquando aureos nummos vel exigui

legendi, ac deſcribendi voluminis cauſſa erogavit) ut enunciata innumera, de quibus durae illa cervicis natio nobiſcum contendere audebat, ſuorummet teſtimonio chriſtianae fidei veritatem approbare, aeterno Aegidii in rempublicam beneficio, convincerctur. Quod tunc in dies maius, ac fructuoſius intuebimur, cum illius monumenta ingenii, doctrinaeque teſtimonia, de arcanis tot libri, quos ſumma eloquentia ſcripſit, in lucem legendi, atque admirandi prodibunt. Et quamquam hac in re vehemens Aegidii ſtudium exſiſteret, illius tamen opera numquam litterato ulli defuit, quin & permultos Italos, Gallos, Iberos, Britannos opum egenos, ſcientiarum divites domi excipere, atque alere, pecunia iuvare, commendare Pontifici maximo, in potentiorum familiaritatem inducere omni ope ſolebat. Age vero urbis academiam, & tot praeſtantiſſima lumina, doctiſſimos Italiae viros, quo amore, & favore proſequebatur, quanta humanitate, ut ſua ope-

opera uterentur, invitabat! cum ſe paratum ſemper ad eorum commoda, atque ornamenta procuranda praeberet. Qua in re dicam ingenue, Patres, quod ſentio, nihil eſt, quod magis bonorum animos, quam affabilitas, clementia, grata reſponſa, & liberalitas oblata devinciat. Quod ſi vos aut frigide operam praeſtantes, aut iracundos, & difficiles experiuntur, indigne ſecum agi iudicant, non ferunt, libere vociferantur, & ſi aliquando munera accipiunt, non tanti ducunt, quanti ſi a benigno, atque hilari animo recepiſſent. His Aegidius gratias agebat immenſas, dum ſua opera, praeſidioque uterentur; dicere etenim ſapienter ſolebat, illorum cauſſa occaſionem ſibi exhiberi rite officii exercendi, riteque collocandi, dum ſua ſtudia, quae pro dignitatis amplitudine nemini negare expetenti potuiſſet, in bonorum patrociniis collocaret. Creſcebat his officiis apud Leonem Pontificem Aegidii auctoritas, nec minus apud vos, Patres ampliſſimi, proficiebat,

dum in ſententiis graviter, integreque dicendis nullius aura in hanc, aut illam partem diſtractus, quod bonum, rectum, atque e republica eſſe arbitrabatur, id ſummo animi candore, ac libertate aſſerebat, & vos omnes veluti immortalia numina venerabatur, laudabat, atque omnibus honoribus proſequebatur. Quamobrem cum pro chriſtianorum principum concordia legati eſſent ex veſtro numero deligendi, eum ad Carolum tunc Regem, nunc Imperatorem feliciſſimum, auctore eodem Leone Pont., in Hiſpanias proficiſci voluiſtis, quem pro ſua dignitate ille princeps ſumma cum benignitate ſuſcepit, atque illius animum, conſilium, eloquentiam admiratus, viri inſuper religione, ac ſanctitate commotus enixe rogavit, ut quando eius quotidiano, ac familiari ſermone nil gratius, nil iucundius audiret, concione aliqua ſuum animum recrearet, cui legatus benigne annuens ſtato die, cum primum Caroli, eiuſque maiorum praeſtantiam, virtutem collaudaſſet,

daſſet, de his, quibus chriſtiana reſpublica indigebat, conterendo videlicet aſpide, ac baſiliſco, haereſi turpiſſima radicitus exſtirpanda, & in Turcas bello acriter ſuſcipiendo dixiſſet, ad pacem, amicitiam, compoſitionem tanto eſt ardore animi, ac vehementia adhortatus, ut maiora homine protuliſſe ſit viſus, & Caroli, ducumque omnium, qui aſtabant, animum mirum in modum commoviſſe. O felicem ſpiritum, cuius gravitate, atque oratione perculſi principes plane poterant iudicare Romanam eccleſiam, cum tali virtute praeditos Senatores ad exteras gentes mitteret, non ſolum privatorum hominum mentes, verum regna ipſa, & provincias potuiſſe ad veram religionem, & Chriſti fidem, cultumque convertere. Praetereo hic ego conſulto, ut rebus ex voto confectis, Carolique muneribus exornatus Romam reverſus Leonis benignitatem, liberalitatemque perſpexit, eodemque Pontifice immature huic urbi erepto, quam bene Hadrianus VI. Pont. max.

max. de illius virtute ſenſerit, & praedicarit, utque mortuo Hadriano in pontificiis illis comitiis cum ſemper Iulium Medicem Cardinalem Vicecancellarium, quem praeſens numen, Clementem nunc VII. veneramur, dignum ſumma poteſtate, atque imperio iudicaſſet, omnique cum opera, ſtudio, officioque adiuvaret, ex vobis complures exſtiterint, qui in Aegidium oculos converterint, & de illius dignitate augenda non tantum cogitarint, verum etiam cum ſumma ipſius Iulii Cardinalis gratia, qui ab hoc eodem conſilio alienus non videbatur, egregiam operam adhibuerint. Praetereo inſuper, quantum ſemper & gratia, & auctoritate apud eumdem Clementem valuerit. Mitto etiam, quae in calamitoſa, ac miſerabili huius urbis ruina peregerit. Nam cum in agrum Picenum adverſae valetudinis cauſſa, in quam continuis ſtudiis, vigiliis, laboribus inciderat, divertiſſet, & ab impia illa, ac nefanda manu parricidarum profanata templa, atque aras, cruta e ſepulcris cadavera,

davera, ſanctorum oſſa pedibus calcata, & proiecta, direptas domos, incenſos lares, patresfamilias interfectos, infantes ante ora parentum obtruncatos, combuſtos, laniatos, venerandos praeſules, & proceres catenis vinctos, ſacerdotes paſſim iugulatos, omnem nobilitatem horrendis tormentis affectam, & ſummum Pontificem cum Patribus Hadriani in mole obſeſſum intellexiſſet, ego ne, inquit, Aegidius meae immemor dignitatis huiuſce loci perfruar ſecuritate, & ſanctiſſimus Chriſti vicarius obſidebitur? Ego ne liber hic ullo pacto degam, & patres mei, ac collegae illi graviſſimi, ac prudentiſſimi oppugnabuntur? Non ſinam, non patiar; ſicque nulla mora interpoſita non ſolum per nuncios, verum ipſe ipſemet populos fidiſſimae illius provinciae, ac praeſtantiſſimae convocans integras duas legiones fortiſſimorum hominum Firmanorum, Aeſinatium, Eſculanorum, atque ex omni illo Italiae robore, quod ſe quondam pro huius urbis

urbis libertate , Marco Tullio Cicerone Conſule , armaverat , ſubitarie , & confeſtim collegit ; ipſeque expeditiore itinere ad foederatos duces , quos de ſumma rei ad certum diem deliberaturos audierat , incredibili celeritate advolavit . Ubi cum diverſas illos in ſententias diſtractos inveniſſet , aliique recta ad urbem proficiſcendum , & pro ſummi Pontificis ſalute omnino pugnandum , alii omnino ſubſiſtendum iudicarent , vehementi eſt illos ſermone adhortatus , ne in re tam gravi , & quae celeri , ac praeſenti ope indigebat , conſulendo , & cunctando tempus contererent . Quod ſi minus ipſi cum toto exercitu vellent , ſinerent ſe cum ſuis militibus praeire ; eſſe in animo vallum aggredi , & quoniam ſuos pugnae avidiſſimos cognoſcebat , hoſtes magno impetu adoriri , & tentare fortunam , eam unam eſſe occaſionem , in qua fortiſſimus quiſque mortem ſumma cum laude & poſſet , & deberet oppetere ; ſi ipſe cum duabus legionibus periiſſet , non ideo illo-

illorum exercitum minui, aut ulla ex parte auctoritatem labefactari; ſin autem, ut ſperabat, irrupiſſet, & pugnam, Deo bene adiuvante, feliciter, fauſteque inchoaſſet, auxilium, ſi videretur, ſubmitterent, atque ad certam victoriam properarent. Verumtamen ſive urbis fato, ſive hominum conſilio, quibus haud ex re Italiae viſum eſt iniquo loco pugnare, atque illi ſeſe diſcrimini committere, Aegidii conatibus non obſcure obſtiterunt, & illius copias ulterius progredi vetuerunt. Qua ex re ſummo cum dolore ad ſuos reverſus, oculis, ac manibus in caelum intentis, ſupplex, & lacrimans: Vos, inquit, Petre, ac Paulle maxima Numina, obteſtor, qui me hodie noſtis una cum his decurionibus, primipilis, centurionibus pro veſtra urbe, pro veſtris aris, ac templis, pro Chriſti vicario, pro ampliſſimis illis Patribus tam iniqua, atque indigna perpeſſis vitae pericula non refugiſſe; diſcrimina nulla evitaſſe, mortem libenter, avideque expe-

expetiſſe, quando id non licuit, non datum eſt, vos, quorum in caelo auctoritas viget, Clementem VII., in cuius vita, ac prudentia ſpes una recumbit eccleſiae, una cum praeſtantiſſimis illis Patribus conſervate, cuſtodite, defendite, veſtroque ingenti miracúlo e manibus impiorum eripite. Poſtea vero cum multis, ac magnificis verbis militum fidem, virtutem, religionem, diligentiam collaudaſſet, in patriam redire, & ſuam quemque tueri civitatem, ac tecta imperavit. Tantam igitur virtutem, atque admirabilem animi magnitudinem quo praeconio celebrabimus, quibus verbis proſequemur, qua grati animi ſignificatione extollemus? Non enim ille florentibus, atque integris rebus, ſed afflictis, ac deſperatis, non ingenti auri pondere, non praedae ulla ſpe, ſed ſola ſola eloquentia eas legiones duxerat, & tam ingenti animo, ac fortitudine, ut ſe ad iter, ad pugnam, ad mortem ſequerentur, incitarat. Atque ut in hoc

tam admirabili eius animi magnitudinis documento conſiſtat oratio, id unum addam, ex moralibus nullam inveniri virtutem, cuius in Aegidio multa, ac praeclara exempla non exſtent. In his vero, quae ad chriſtianae religionis ſanctimoniam pertinent, quis eo diligentior, quis vigilantior? Qui in tantis occupationibus numquam ſacrarum rerum curationem omiſit, & Deo optimo maximo, in quem unum mentem omnem converterat, continuo offerre ſacrificium non deſtitit, quin & multis ſe affectum, & pene confectum aegrotationibus ſentiens, ne inani vivendi ſpe, qua omnes fere mortales capiuntur, deciperetur, ſed ſemper vigil, ſemper paratus, atque expeditus ardenti cum lampade venienti Chriſto obvius cum eo ad nuptias introiret, neve ullis humanarum rerum cogitationibus praepediretur, teſtamentum biennio ante mortem condiderat, & tribus omni laude digniſsimis veſtri ordinis Patribus, in quorum probitate, iuſti-

iuſtitia , integritate fidebat , non amplam , aut ornatam ſupellectilem , non multas pecunias , quas ille dum ſumma in frugalitate una cum honeſtiſsimis familiaribus vixit , dum libris conquirendis , pauperibuſque adiuvandis operam dedit , dum viridaria ad amicorum docta colloquia in campo Martio commoda aptavit , dum Divi Matthaeí templum , de cuius nomine Cardinalis eſt nuncupatus , collapſum reſtituit , una cum toto cenſu erogarat . Verum doctrinae theſauros , ſcripta illa praeclara , ſororem cariſſimam , dilectos domeſticos commendavit , ſicque ſibi tardius , quam cogitarat (tres etenim , & ſexaginta annos natus erat) chriſtianae vero reipublicae , ac veſtro ordini celerius , atque intempeſtivius , quam ratio horum temporum poſtulet , febri ardentiſſima oppreſſus , Chriſto ſeſe tota mente commendans , divinum illum ſpiritum exhalavit . Haec ſunt , Patres optimi , quae de veſtro tam celſo , ac praeclaro Aegidio veluti

in

in anguſtiis preſſimus, ſtrinximus, conculcavimus, cuius facta eo a vobis maiora, atque ampliora ſunt iudicanda, quo de tam grandi laudum cumulo noſtra oratione (dum merum tantum dolorem, officium, pietatem praeſtamus) ſcitis maxime detractum, ac diminutum. Nam ſi iure optimo in omni civitate, republica, imperio, & noſtra praecipue religione eorum iugis, atque aeterna memoria colitur, qui animi, atque ingenii dotibus clari omnium bonarum artium, ſcientiarum, linguarum peritia enituerint, qui una cum ſumma doctrina, atque eloquentia pietatem, probitatem, religionem coniunxerint, qui humanitatem, liberalitatem, munificentiam in ſuos, in alienos, in bonos omnes exercuerint, qui ſuapte virtute regibus, populis, nationibus cariſſimi aditum ſibi ad ſummos honores patefecerint, qui pro communi libertate, ac ſalute vitam gravibus offerre periculis non dubitarint, qui perpetuos dies, ac noctes legem Domini

evolverint , cuſtodierint , praedicarint , Aegidium Cardinalem , in quo uno omnes tot congeſtas virtutes cumulate perſpeximus , omnis poſteritas venerabitur , fovebit aeternitas , veſter ſenatus una cum tota republica extollet , neque ullo umquam aevo , aut tempore conſeneſcens , veluti immortale numen , praeſens , fauſtum , propitium a bonis , ac litteratis omnibus celebrabitur .

SYLLO-

SYLLOGE EPISTOLARUM
VARIORUM SCRIPTORUM
NIMIRUM

Iacobi Sadoleti Card., Marci Antonii Mureti, Petri Victorii, Camilli Palaeotii, Paulli Sacrati, & Aſcanii Columnae Card.

QUAE EX DIVERSIS MSS. CODD.

NUNC PRIMUM PROFERUNTUR

A IOHANNE CHRISTOPHORO AMADUTIO.

Digitized by Google

IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII

AD CL. VIRUM

IOSEPHUM VERNAZZAM

PATRICIUM ALBAE POMPEIAE

ET BARONEM FRAXINETI IN MAURIANENSIBUS

PRAEFATIO.

EN tibi, vir clariſſime, faſciculum epiſtolarum, quas latine conſcripſerunt excellentiores illi ſaeculi XVI. eruditi homines, per quos potiſſimum Romani idiomatis dignitatem veluti poſtliminio reſtitutam ſuſpeximus. Tu, qui omnium elegantiarum cultor, & auceps merito audis, quique te talem, editis bonae frugis operibus, & erutis undequaque multiplicis litteraturae monumentis, potiſſimum praebes, libenti animo excipies qualecumque hoc, quod tibi nunc per me obvenit, munuſculum. Ego vero, qui tantis a te excitatus officiis, & muneribus, grato erga te animo maiorem in modum afficior, viſus ſum quodammodo vehementi, qua tangor, de te benemerendi voluntati ſatisfacturus, ſi has tibi nunc lautitias praecipue communicandas ſuſciperem. Utinam potuiſſem tantum nunc rependere, quantum par eſſe poſſet ad exaequandum, quod a te mihi tam ample, & tam liberaliter conlatum eſt. Verumtamen quid diutius moror te nunc ſelectarum epiſtolarum, quas tibi nunc ſiſto, recenſionem prae verborum officiis prae-

ſtolantem? Quare habes imprimis duas Iacobi Sadoleti epiſtolas, quarum prima, quam nobis ex archivo Vaticano (a), cui tunc praeerat, communicavit Praeſul eruditiſſimus Ioſephus Garampius, nunc apud Ioſephum II. Auguſtum Nuncius Apoſtolicus, data eſt ad Clementem VII. Pontificem maximum; altera vero, quae ad nos beneficio cl. Praeſulis Marii Guarnaccii Volaterrani, apud quem autographum ipſum adſervatur, pervenit, ſcripta eſt ad Marium Maffeium, Volaterranum & ipſum, atque Epiſcopum Caballicenſem. De Sadoleto, cuius adeo celebre nomen eſt, quid praeſtat ad te, qui ſumma polles eruditione, nunc ſcribere? Vides porro, epiſtolam, quae ordine, & temporis vetuſtate prima eſt, datam eſſe ad Pontificem poſt celebrem illam urbis direptionem, quae contigit hoc ipſo anno MDXXVII., *quo haec epiſtola perſcripta apparet. Deſideratur haec, ut & ſubſequens, in nupera collectione omnium epiſtolarum Sadoleti, quam IIII. voluminibus adornavit Vir ſane eruditus Vincentius Alexander Conſtantius* (b). *Ceterum habetur ibidem* (c) *epiſtola, qua Sadoletus italice reſpondet litteris Ioh. Franciſci Binii a ſecretis Pontificis, quibus ipſum de huiuſmodi excidio certiorem fecerat. Tum occurrit altera Sadoleti epiſtola ad Hieronymum Nigrium* (d), *qua pro hoc ipſo Pontificis caſu ſe animo angi ſignificat. Tandem de hoc infortunio alibi etiam nonnulla ab ipſo attin-*

(a) Plut. 45. cod. 42. pag. 30.

(b) Romae typis Salomonii 1764.

(c) Tom. I. pag. 177. epiſt. 67.

(d) Ibid. pag. 194.

attinguntur (a) *; quemadmodum & aliae eiuſdem epiſtolae ad Clementem VII. datae ibidem* (b) *conſuli poterunt , ſi lubeat . Quo ad alteram vero Sadoleti epiſtolam illud monere me praeſtat , ipſam exaratam eſſe v. nonas novembris anni* MDXXXVI. *, cum nondum Sadoletus Cardinalis renunciatus eſſet . Siquidem conſtat Carpentoractenſem Epiſcopum iam a Leonis X. pontificatu exſtitiſſe , purpurae vero honorem nonniſi* XIII. *kal. ianuarias , labente anno , quem iam deſignavimus ,* MDXXXVI. *ipſi a Paullo III. delatum fuiſſe ; ut proinde hic honos huius epiſtolae ſcriptionem menſis unius , & paullo amplius ſpatium dumtaxat anteverterit . Neque latere te poteſt Marius Maffeius patricius Volaterranus , Raphaëlis , qui* Volaterranus *vulgo audit , ſcriptoris ſane percelebris , germanus frater , & Epiſcopus Caballicenſis , ad quem prior epiſtola perſcribitur , & cum quo , Volaterris licet tunc agenti , Sadoletus pro veteri in urbe conſuetudine , & pro epiſcopatuum propinquitate , tum & aſſidua officiorum viciſſitudine , morumque coniunctione arctiſſimo amicitiae vinculo adſtringebatur . Sed iam ad ceteras , quae ſubſequuntur , epiſtolas progrediamur . Tertia ergo epiſtola eſt Marci Antonii Mureti Laemovicenſis in Gallia Aquitanica , cuius perquam notiſſimae ſunt orationes , epiſtolae , carmina , aliaque quamplura ingenii monumenta , quae typis impreſſa pluries fuerunt . Ceterum inter eius epiſtolas deſiderari video hanc , quam nunc tibi com-*

 munico ,

(a) Ibid. pag. 244. , & 269.

(b) Part.I. pag. 418. , & Par.II. p.138., & 199.

munico, quaeque ad Hugonem Blotium Belgam Caeſareae bibliothecae quondam praefectum (a) *data eſt. Sane Petrus Lambecius* (b) *duas haberi indicaverat Mureti epiſtolas ad Blotium, atque eas in duobus ſpiſſis voluminibus autographarum epiſtolarum ad eundem Blotium. Verum cum ego rogaſſem cl. Garampium noſtrum, ut has epiſtolas pro ſua in me humanitate perquireret, & mihi tranſcribendas curaret, haec dumtaxat ipſi obvenit, nec praeterea alia, ut dein ipſe ſingularem hanc mature ſubmittens comiter mihi per litteras ſignificavit. Adiungenda vero foret nunc ceteris Mureti epiſtolis etiam altera ad Riccardum Riccardium, quam a Mureto ſcriptam exiſtimavit cl. Lamius, quamque iam ipſe una cum elegia in obitu Iohannae Etruriae Reginae edidit in vita Riccardi Riccardii* (c)*; ut proinde ad ipſam digitum dumtaxat intendiſſe ſufficiat. Nec minori ingenii, & eruditionis fama excellit Petrus Victorius, cuius comitatum proinde ceterorum auctorum nemo refugiat. Quare heic nunc ſtatuo eiuſdem epiſtolam ex cod. Vaticano depromptam* (d)*, & ad Guillelmum Sirletum Cardinalem miſſam, cuius nomen quinetiam pari doctrinae commendatione celebrari iam noſti. Sane Sirletio familiaritate plurimum*

(a) Vid. de eo *Foppens biblioth. Belgic.* part. I. pag. 491.

(b) *Commentar. bibliothec. Caeſar. Vindobonen.* lib. I. num. LII. col. 117. edit. ann. 1766.

(c) Florentiae 1748., vid. & *Catalogum biblioth. Riccardianae* eiuſdem Lamii litt. *E* pag. 174.

(d) Signat. num. 6193. pag. 70.

mum coniunctus erat Victorius, qui VII. alias latinas epistolas typis iam impressas ad eum miserit (a), *qui etiam eiusdem Cardinalis cura potuerit Clementis Alexandrini libros integriores, nitidioresque producere* (b), *tum aliquot ab ipso in veteres geoponicos animadversiones* (c), *atque Aeschyli tragoediam, quae* Agamemnon *inscribitur, cum Farnesiano codice conlatam acceperit* (d), *ac ipsum tandem adiutorem in expurgandis Boccaccii fabulis, iisque honestae lectioni aptandis expertus fuerit* (e). *Hinc plurimum gavisus est Victorius, cum Sirletium suum purpurae Romanae dignitate auctum, Cardinalis Caroli Borromaei officiis, a Pio IV. accepit* (f); *cuius rei testis est etiam Sirletii epistola ad Victorium, qua se ipsi gratissimum ob huiusmodi officium profitetur* (g). *Sirletii virtus ita inclaruerat, ut sibi litteratorum fere omnium obsequia vindicaverit; inter quos adnumerandus etiam venit Camillus Palaeotus Bononiensis, cuius ad ipsum est epistola, quae huius sylloges quintum locum tenet, quamque*

ex

(a) Vid. *Victor. epist.* lib.X. &c. Florent. apud Iunctas MDLXXXVI. p.125. 137. 138. 160. 212. 221. & 225.

(b) Vid. *Victor. variar. lection.* lib. XIV. c.XVIII.

(c) Vid. *Victor. epist. ad Sirlet.* dat. VI. martii MDLVI. *Prof. Fiorent.* part.IV. vol.IV. lett.VII.

(d) Vid. epistolam praemissam edit. Henrici Stephani MDLVII.

(e) *Prof. Fior.* part.IV. vol. IV.

(f) *Epist. Victor.* lib.V. pag.125. & seqq.

(g) Vid. *Clar. viror. epist. ad Victorium* tom.I. epist. LXV. pag.150. edit. cl. Bandinio.

ex codice Vaticano (a) *nunc deprompſi. Iam Anecdotorum volumen primum epiſtolas* VIII. *exhibuerat ad Camillum pertinentes, quas ex Vaticanis codicibus exſcriptas, & earum editori a me libenter communicatas ibidem conſulere facile poteris. Ea etiam iiſdem de illarum auctore praemiſſa habentur, quae mihi de eodem verba faciendi otium omnino nunc faciant. Sirletii admiratoribus accenſendus quinetiam Paullus Sacratus Canonicus Ferrarienſis, & Sadoleti Cardinalis ſororis filius, cuius epiſtolam ad ipſum datam habet laudatus codex Vaticanus* (b). *Inter Mureti epiſtolas invenies ſane varias a Sacrato ad illum amice, & erudite ſcriptas, quae ipſum eidem addictiſſimum, tum & elegantiſſimum pateſaciant. Exſtant & eiuſdem Sacrati epiſtolae ſimul collectae, & typis Ferrariae editae* (c), *inter quas haec noſtra, etſi* VIII. *ad Sirletium datae occurrant* (d), *a te fruſtra requiratur. Tandem tum Sirletio addictorum litteratorum, tum huius noſtrae ſylloges agmen claudant binae Aſcanii Columnae Cardinalis epiſtolae ad ipſum Sirletium datae, quas nimirum ex eodem Vaticano codice* (e) *erutas nunc profero. Iam in laudato primo Anecdotorum volumine*

(a) Signat. num. 6194. pag. 146.

(b) Vid. ſuperiorem adnot.

(c) *Epiſtolarum Paulli Sacrati libri ſex &c.* Ferrariae typis Victorii Baldini ann. MDLXXX.

(d) Pag. 215. 149. 261. 282. 286. 300. 356., & 483.

(e) Cit. cod. 6194. pag. 178., & 212.

mine videre licet doctiſſimi huius purpurati viri orationem ad Sixtum V. Pontificem maximum, quam ex codice altero Vaticano primus in lucem edidit cl. Praeſul Stephanus Borgia a ſecretis ſacrae congregationis de propaganda fide, utriuſque noſtri amantiſſimus, qui ea inſuper de hoc ipſo auctore praefatus eſt, quae quidem eruditum tui deſiderium, etiam me tacente, explere commode poſſint. Cum vero Aſcanius ſuperſtes Guillelmo fuerit, & pari ſtudiorum, & elegantiae laude floreret, ſtatim cupiditate exarſit comparandae ſibi bibliothecae, quam ipſe a Marcello II., cui fuerat a ſecretis, legato acquiſiverat, quaeque poſt eas omnes, quas nemo non novit, viciſſitudines Vaticanae tandem acceſſit. Haec ſunt, quae levi calamo innuere tibi nunc cenſui, vir clariſſime; quandoquidem pluribus haec exornare non liceat ſcribenti ad te, qui litterariam hiſtoriam apprime calleas, neque inſuper deceat te ad elegantiorum huiuſmodi ſcriptorum opuſcula deguſtanda properantem diutius, & fortaſſis fruſtra detinere. Tu vero, qui Paulli Cerratii municipis tui latina poëmata in unum collecta, addito eiuſdem vitae commentariolo, nuper denuo litterato orbi communicaſti, quique vitam Benvenuti de Sancto Georgio Comitis Canabicii, & Blandrati, equitis Hieroſolymitani, & chronologi Montisferratenſis, cum accurata operum recenſione, conſcripſiſti, id nunc praeſta, ut etiam monumenta vitae Petri Bellii, alterius municipis tui, & a conſiliis Emmanuelis Philiberti Sabaudiae Ducis, quibus concinnandis nunc ſedulam operam navas, nobis quan-

tocyus deguſtanda exhibeas. Faſtidient quidem exilia haec noſtra, ſi cum tuis comparentur; verum tu non ex tuorum operum praeſtantia noſtra metiaris, quin potius ex bona dumtaxat voluntate labores noſtros diiudices. Quapropter habes, quae gratum animum meum, tum & obſervantiam, & benevolentiam quoquo modo patefaciant, quaeque tu aequi, bonique conſulas velim. Vale.

Datum Romae kal. maii anno a Chriſto nato CIↃIↃCCLXXXII.

Epiſto-

I.

Epiſtola Iacobi Sadoleti ad Clementem VII.

SSmo Domino Noſtro Papae .

PAter Sanctissime . Etſi omni argumento ſcribendi ad Sanctitatem veſtram careo , propterea quod neque dolori meo, quem ex incommodis reipublicae , & veſtrae Sanctitatis maximum accepi , verba , neque meae erga illam voluntati , & obſervantiae litterae ullae ſatisfaciunt ; tamen cum haberem certum nuncium , qui in Italiam , & Romam eſſet profecturus, quod antehac mihi ſcribere cupienti non contigit , ſtatui mei officii eſſe aliquid litterarum dare ad Sanctitatem veſtram non tam leniendi doloris ſui cauſſa , quam mei declarandi ; quamquam , ut dixi , hoc quidem fieri per me nullo modo poteſt : tantus enim eſt & fuit , ut quod poſt meum ex urbe diſceſſum produxi vitae , id mihi omni morte deterius fuiſſe videatur . Sed

ego

ego quae a prudentia, & religione Sanctitatis veſtrae, quam utramque in ea ſemper cognovi maximam, proficiſci potuerunt, ad infeſtos adverſoſque caſus conſtanter, & moderate tolerandos, omnemque ſpem, & fidem in Deum iaciendam, ea arbitror ſatis fuiſſe in tantarum concurſu calamitatum adhibita. Novi enim pacem animi veſtrae Sanctitatis, novi erga Deum egregiam fidem: quae autem mihi ad ſcribendum apta eſſe videantur, ea brevibus complectar. Sic enim ſtatuo tantam acerbitatem poenae non Sanctitati veſtrae, ſed temporibus fuiſſe divinitus illatam. Cum enim Sanctitas veſtra omni virtute, & bonitate praedita eſſet, in ea tempora tamen inciderat, quae corruptiſſimis moribus ſine ullis bonis legibus iram Dei omnino ad vindicandum provocabant: quae cum veſtra Sanctitas vellet, & conaretur corrigere, cuius ego voluntatis optimus ſum teſtis, tamen vincente eius mentem ſanctiſſimam & hominum perfidia, & vitiorum mole, ab optimo, & ſaluberrimo conſilio

filio non tam depulsa fuit, quam retardata. At ego semper & sensi, & prospexi clarius etiam aliquanto, quam ea, quae oculis cernuntur, aut mutandum ordinem disciplinae publicae, aut ad extremum interitum praecipitandum esse. Accidit alterum, id quod minime vellem; nec quicquam mihi acerbius potuit contingere: sed si est Dei iracundiae, & severitati nostris supplíciis satisfactum, atque haec poenarum asperitas aditum ad bonos mores, & sanctiores leges patefactura est, fortasse nobiscum non erit pessime actum. Illa enim bona profecto, quae virtutis, & integritatis, & in verum Deum perfectae pietatis sunt, longe his sunt anteferenda; quae ubi laboraris coacervare, cum invidia plerumque, & infamia possederis, facillime tamen extorquentur e manibus, saepiusque illis sunt noxia qui possident, quam qui eis carent, aut qui privati sunt, quae ego ad homines impios contemptores omnis humani, divinique iuris transisse non omnino moleste fero. Transiit enim

ad

ad eos una cum eis illa infanda avaritia, qua nomen ſacerdotis ſanctiſſimum tantopere laborat, tranſiit corruptrix animorum, & corporum luxuria, quae ferme divitiarum, & opulentiae ſocia eſt; quodque in primis neceſſe eſt, ira Dei, & caeleſtis ultio in eam quoque partem tranſgreſſa eſt. Itaque nuncio Sanctitati veſtrae celeriter ſceleratos homines, quos nec ab impietate Deus, nec a crudelitate humanitas, nec a violatione foederum fides ipſa potuit deterrere, daturos poenas immanitatis ſuae, utinam illi ad poenitentiam revertantur, & miſericordiam Dei promereantur: ſed quoniam hoc nobis, qui Chriſti Dei imitatione, & praeceptis ad precandum pro inimicis noſtris parati ſumus, magis optandum eſt, quam ſperandum. Quae Dei ſunt, Deo erunt curae, quod vero ad nos quoque ipſos attinet, quando melior multo vitae conditio nobis eſt parata, quae nullis armis eripi poteſt, ſic dirigamus actus, cogitatuſque noſtros, ut verum ſacerdotii ſplendorem, ve-

ramque magnitudinem noſtrae poteſtatis in ipſo vero, ſummoque Deo ſtatuamus, quocum ſi erimus coniuncti, non inimici homines nos afflixiſſe, ſed nos illos ad interitum dediſſe videbimur. Cuius optimi inſtituti, atque conſilii Sanctitas veſtra, ut dignitate cunctorum princeps, ſic in experiundo, & agendo prima eſſe debet. Sicut tamen & fuit ſemper, & magis etiam, ſi per difficultatem temporum licuiſſet, ut eſſet, conata eſt; ego, qui ſummum illum amorem, incredibilemque caritatem, qua Sanctitatem veſtram iamdiu complexus ſum, & conſervo in animo integram, inviolatamque & perpetuo ſum ſervaturus: quamquam in hoc Dei ſervitio, & famulatu affixus, meaeque ſponſae copulatus conſtitutum habeo, & deliberatum in hoc munere finire vitam, cui eam dicavi; tamen ſi Sanctitas veſtra extra Italiam ad aliquas longinquas regiones ſe contulerit, aut deducta fuerit, non deero nec amori, nec obſervantiae erga illam meae, particulamque totius temporis, quod Deo, & Dei

NOn potrei dire quanto guſto m' abbia recato la ſola viſta del nome di V. S. in quella che mi ſcriſſe alli 21. di giugno paſſato, concioſiachè da due anni in quà, cioè dopo che ella mi mandò l' epiſtola, o prefazione del quinto ſinodo, non mi era capitata lettera alcuna ſua, onde mi rincreſce ſommamente, che quelle altre due, che ella dice avermi ſcritte, ſi ſiano ſmarrite per ſtrada. Quanto all'Ennodio mi ſovviene, che alquanti anni prima ch'io partiſſi da Roma, V.S. me ne fece vedere il primo foglio, che ella avea fatto ſtampare, con diſegno, come credevo allora, di continuare. Ma eſſendo ſcorſi parecchi anni, ſenza che ſe ne diceſſe altro, m' immaginai, anzi mi fu detto, che V. S. non era per farne altro. E così poco prima che moriſſe l' Illmo Cardinal Baro-

nio, trattandoſi già del mio ritorno in Francia, ebbi per mezzo ſuo l'eſemplare del Vaticano, e ne cavai le varie lezioni, ed emendazioni, con altri difetti dello ſtampato in Baſilea. Colle quali, inſieme con un altro manoſcritto del Sig. Niccolò Fabro, mi ſono adoprato in queſta nuova edizione, della quale non mi ſarei impacciato, ſe aveſſi inteſo, che V. S. foſſe per ripigliare il ſuo diſegno, o che l'aveſſe già mandato tanto innanzi, come ora ſignifica, perchè in Roma non mi ricordo, che mi ſia ſtato detto più che d'un foglio. Però ſe ella ſi contenta di continuare l'impreſa, ſon ſicuro, che la farà molto meglio, non ſolo perchè sà l'arte molto meglio, ma perchè incontrando l'eſemplare della Vaticana non potei impiegarvi quella diligenza, ed accuratezza, che biſognava. L'edizione ſua ſervirà all'Italia, ſiccome quella del Padre Scotto in Fiandra, e Germania, che perciò, credo, non laſciò di cominciarla, ed affrettarla con tutto che foſſe avviſato, che

la

la mia ſtava in ordine per la ſtampa. Ecco quanto è dell' Ennodio. Di s. Agoſtino *de geſtis contra Pelagium* averà inteſo V. S. la diſgrazia quì ſopraggiunta, mentre ſi ſtampava, come ſi guaſtò un foglio della copia in tal modo, che biſognò riſcrivere in Firenze per ſupplire al mancamento, *& inter moras* è comparſa intanto la ſtampa di Ausburg, ed ora s' aſpetta l' altra d'Italia, che ſarà, come ſi ſpera, più corretta, e con annotazioni. In Parigi non ſi sà, che per queſta fiera ſi ſtampi coſa di momento, o che V.S. guſti di ſentire. Ma mentre vò cercando nuovi concili antichi di Francia, de' quali ſi trova ſempre qualche parte, ſe non il tutto; mi viene da pochi giorni riferito, che ſi ſiano ſcoperti gli atti del concilio generale di Chiaramonte ſotto Urbano II., il che eſſendo vero, perchè ſinora non gli ho viſti, ſarebbe degno di conſiderazione. Quando ne ſarò chiarito, o d' altra ſimile materia, che poſſa dar guſto a V. S. glie ne farò parte. Ed intanto

rac-

raccomandandomi alle orazioni ſue le prego dal Signore ogni contento, e proſperità. Di Parigi il primo di agoſto 1611.

Di V.S. molto Illuſt. e Rev.

Affezmo ſervitore in Criſto

Giacomo Sirmondo.

LETTERA VII.

Del P. Abate D. Benedetto Caſtelli Mon. Caſin. al P. Franceſco da s. Giuſeppe Scolopio.

Molto Rev. Padre colmo.

IN eſecuzione del comandamento, che mi fece con le paſſate V. P. molto Rev. di ordine del Sereniſſimo Signor Principe Leopoldo mio Signore, che io doveſſi dire il mio parere intorno alla sboccatura di fiume morto, ſe ſi debba aprire in mare, ovvero in Serchio. Io dico che mi trovai già 18. anni in circa, quando fu aperta la bocca di fiume morto in mare, e ſerrata quella del Serchio, la quale operazione fu fatta per rimediare all' inondazione grande, che ſi faceva in tutto quel piano

di

di Piſa, che reſta tra il fiume d'Arno, i monti di Calci, s. Giuliano, ed il fiume del Serchio, il qual piano reſtava ſempre ſotto acqua in modo, che non ſolo l'inverno, ma gran parte dell' eſtate quelle campagne ſtavano coperte dall' acqua, ed effettivamente aperta che fu la bocca di fiume morto in mare, ſubito il paeſe rimaſe libero dalle acque, ed aſciutto, con grandiſſima ſodisfazione degl' intereſſati in quelle campagne.

E quì mi pare coſa degna d' eſſer avvertita, che per il più tutti quelli, che poſſeggono beni in quel paeſe vorrebbero, che la bocca di fiume morto ſteſſe aperta in mare, e quelli, che la vorrebbero aperta in Serchio, ſono perſone, che non vi hanno altro intereſſe, che di guadagnare con far ſpeſe di cavamenti, o altro &c. Ma per più chiara intelligenza di tutto quello che devo dire, deveſi ſapere, che la riſoluzione di aprire la ſuddetta bocca in Serchio fu fatta al tempo del Gran Duca Ferdinando I. per i motivi medeſimi, che

ſi pro-

ſi propongono ancora adeſſo, come ella mi ſcrive nella ſua. Poichè vedendoſi manifeſtamente, che quando fiume morto aveva, ed ha la bocca aperta in mare, la campagna ſi mantiene aſciutta; ed eſſendo ancora veriſſimo, che la furia de' lebecci, e mezzigiorni porta tanta copia d' arena nella foce di fiume morto, che la ſerra affatto, maſſimamente quando le acque de' piani ſono pigre, e di debol forza, ſi pensò, che voltando lo ſfogo di fiume morto in Serchio, mantenendoſi il Serchio di continuo con la forza delle ſue acque la ſua bocca aperta in mare, in conſeguenza ancora fiume morto avrebbe avuto lo ſfogo continuamente libero, ed in queſta maniera penſarono, che la campagna di Piſa ſarebbe reſtata libera dalle acque. Il diſcorſo cammina bene a prima faccia, ma la pratica moſtrò il contrario, e la ragione conferma il medeſimo; imperocchè l' altezza delle acque per quelle pianure viene regolata dall' altezza delle acque nella ſboccatura di fiu-

me morto, cioè eſſendo le acque alla sboccatura alte, ancora le acque ſi alzano nelle campagne, e quando le acque alla sboccatura ſono baſſe, ſi sbaſſano ancora le acque nelle campagne. Ora quando fiume morto terminaſſe in Serchio, chiara coſa è, che terminerebbe in alto più che terminando in mare, e di mano in mano, che il Serchio abbonda più di acque, e ſi alza, è neceſſario, che ancora fiume morto abbia il ſuo livello più alto, ed in conſeguenza mantenga le acque nelle campagne più alte. Anzi è intravenuto alle volte (e lo dico di veduta) che fiume morto ha rivoltato il corſo ſuo all' insù verſo Piſa, la qual coſa ſeguirà ſempre, quando s' incontrerà, che le acque de' piani ſiano più baſſe di livello di quelle del Serchio per qualche piena, che ſia ſopravenuta nel Serchio, che in tal caſo le acque del Serchio rigurgitano ne' piani per fiume morto; e ſi ſono oſſervate le torbide del Serchio arrivare per queſto rigurgito fino alle mura di Piſa, ed allora avanti, che vi ſieno ſmaltite

tite tant' acque, che vengono con gran furia, e calano a poco a poco, ci corrono molti, e molti giorni, e meſi: anzi non potendoſi mai in tempo alcuno trovare l' acqua del Serchio, per magro che ſia, tanto baſſa di livello, quanto è il mare (che è luogo baſſiſſimo delle acque) ne ſegue, che mai in qualſivoglia tempo dell'anno le acque del fiume morto, mentre terminaſſero in Serchio, non ſarebbero tanto baſſe, quanto arrivano a sbaſſarſi, quando il medeſimo fiume morto termina nel mare. Egli è ben vero, che la bocca di fiume morto aperta in mare patiſce l' incommodo di ſerrarſi per l' impeto de' lebecci; ma quì è neceſſario uſare la diligenza di aprirla, la qual coſa ſi fa faciliſſimamente con tagliare un poco quell' arena, che reſta nella bocca, quietato, che è il lebeccio, e baſta farci un foſſetto largo poco più di 2. palmi, perchè cominciando l' acque a ſcorrerci porta via in poche ore quell' arena, e ſi apre un foſſo profondo, e largo, che ſmaltiſce tutta l' acqua de' piani

in

in pochiſſimo tempo. Ed io mi trovai in fatto, che eſſendo ſtata rimeſſa dalla furia di lebeccio una gran quantità d' arena in bocca di fiume morto, fatto fare che io ebbi il foſſetto una mattina, ſi aprì avanti mezzo giorno una bocca larga più di 40. braccia con fondo notabile in modo, che l' acqua, che già aveva ingombrata tutta la campagna, sfogò in tre giorni con maraviglia, e ſtupore di tutti, e laſciò libero, ed aſciutto il paeſe. Ed il Serñmo Gran Duca venne ſopra il luogo, e vide molto bene la gran furia delle acque di fiume morto nell' uſcire, che non fu mai poſſibile, che una barcherta, che era venuta da Livorno per ſervizio di S. A. R. poteſſe ſuperare la corrente, ed entrare in fiume morto, ancorchè foſſe armata di 10. gagliardi remi, e la Sereniſſima, che era venuta ſopra il luogo con penſiero di far ſerrare quella bocca, vedendo così chiaro il negozio, terminò, che ſi continuaſſe in mantenere la bocca aperta in mare, e ſe di preſente ſi tornerà in Serchio, ſon

molto

molto ben ſicuro, che ſi riaprirà di nuovo in mare. E fu allora dato ordine, e carico ad un contadino, che aveſſe queſta cura di aprire nel medeſimo modo la bocca di fiume morto, e così le coſe ſon camminate aſſai bene ſino ai preſenti tempi. Ma avendo da mezzo ottobre ſino adeſſo, che ſiamo alla fine di gennaro, continuati impetuoſiſſimi venti lebecci, e ſcirocchi con piogge frequenti, non è maraviglia, che ſia ſeguìto così gran diſordine d'inondazione. Ma dico bene riſolutamente, che molto maggiore ſarebbe ſtato, ſe la bocca foſſe ſtata aperta in Serchio. Queſto, che io dico ſin quì, è aſſai chiaro, ed intelligibile da tutti quelli, che hanno mediocre ingegno, e notizie di queſte materie. Ma quello, che ſono per proporre da quì avanti, sò ben ſicuro, che ſarà inteſo da V. P. Rma, ma parerà ſtrano, ed inveriſimile a molti. Il punto è, che io dico, che con alzare il livello delle acque di fiume morto un mezzo braccio ſolamente alla ſua sboccatura in Serchio più

di

di quello, che farebbe in mare, cagionerà tre, e forſe più braccia di alzamento delle acque ſopra le campagne verſo Piſa, ed anco più di mano in mano, che ci allontaneremo dalla marina, e così ſeguiranno grand' inondazioni, e danni di conſiderazione. E per intendere, che ciò ſia veriſſimo, deveſi notare un accidente da me avvertito nel mio diſcorſo della miſura delle acque, dove ancora ne rendo ragione al corollario XIV. L' accidente è queſto, che ſopravenendo una piena, per eſempio al fiume d' Arno, la quale lo faccia rialzare ſopra la ſua altezza ordinaria dentro Piſa o poco ſopra, o poco ſotto la città ſei, o ſette braccia, queſta medeſima altezza rieſce ſempre minore, e minore, quanto più noi ci andiamo accoſtando alla marina, in modo tale, che vicino alla marina non ſarà rialzato il medeſimo fiume a fatica mezzo braccio in circa, dal che ne ſegue per neceſſaria conſeguenza, che ſe io mi trovaſſi alla marina, e non ſapendo altro di quello, che accade in Piſa, ve-

deſſi alzato alla marina il fiume d' Arno con una piena un mezzo braccio, potrei di ſicuro inferire eſſerſi il medeſimo fiume alzato in Piſa quelle ſei, o ſette braccia. E quello, che io dico di Arno, è veriſſimo in tutti i fiumi, che sboccano in mare. La qual coſa ſtante vera, è neceſſario tenere grandiſſimo conto di quel poco di alzamento, che farà fiume morto alla marina per sboccare in Serchio. Imperocchè quando bene l' alzamento di fiume morto, per dover ſgorgare le ſue acque in Serchio verſo la marina, foſſe ſolo un quarto di braccio, potremo molto bene eſſer ſicuri, che lontano dalla marina intorno a Piſa, e ſopra quelle campagne l' alzamento ſarà molto maggiore, e riuſcirà due, o tre braccia. E perchè il paeſe è baſſo, tale alzamento opererà l' inondazione delle campagne continua, come faceva già avanti che io faceſſi aprire la bocca in mare. E pertanto io conchiudo, che in modo neſſuno ſi debba aprire la bocca di fiume morto in Serchio, ma ſi debba continuare

in

in mare, uſando ogni diligenza per mantenerla aperta nel modo ſopradetto, e ſe ſi farà altrimenti, io dico riſolutamente, che ogni giorno ſeguiranno maggiori danni non ſolo alle campagne, ma ancora alla ſalubrità dell' aria, come ſi è provato ne' tempi paſſati. E di più deveſi con ogni diligenza procurare, che dal foſſo di Librafatta non ſi ſparghino, e non trabocchino acque in modo alcuno nel piano di Piſa, perchè queſte acque dovendo ſgorgare per fiume morto lo mantengono alto molto più di quello, che ſi penſa, conforme a quello, che io ho dimoſtrato nel mio diſcorſo, e conſiderazione ſopra lo ſtato della laguna di Venezia. Ho detto poco, ma parlo con V. P. molto Rever., che intende aſſai, e ſottopongo il tutto al purgatiſſimo intelletto del noſtro Serñmo Signor Principe Leopoldo, il quale V. Riverenza mi favorirà inchinare umilmente in mio nome, e conſervarmi la ſua clementiſſima grazia, ed ella ſi ricordi pregare Iddio

per me, con che le bacio le mani. Roma il primo di febbraro 1642.

Di V. P. molto Rev.

Affezmo ſervitore
D. Benedetto Caſtelli.

LETTERA VIII.

Del P. Bonaventura Cavalieri Geſuato al P. Abate D. Benedetto Caſtelli Monaco Caſinenſe.

Rmo Padre Abate, e Padrone colmo.

MI trovo debitore di riſpoſta a due ſue gratiſſime lettere, l' una ſcrittami ſotto il di 9. di novembre dell' anno paſſato, e l'altra ſotto il primo del preſente anno. Quanto alla prima non ſi maravigli, ſe le do tarda riſpoſta, poichè non mi fu preſentata ſe non l' ultimo di decembre proſſimo paſſato. Ora le dico, che io ſervirò il figlio dell' Illmo Sig. Conte da Caſtelvillano, per quanto le mie forze mi permetteranno in maniera tale, che credo non avrà da deſiderare in me maggior

gior diligenza, poichè trattandoſi di ſervire non ſolo a perſona di tanto merito, di quanto è il Sig. Conte, ma anco a lei, alla quale tengo tanti obblighi, reputo gran ventura mia poter in un tempo eſſere a parte con lei a ſcontare quelli, che ella profeſſa al detto Sig. Conte, ed inſieme ſcancellare alcuna di quelle gran partite, che tengo ſempre vivamente regiſtrate nella memoria, e nell' affetto obbligatiſſimo eternamente a V. P. Rma. Ma tralaſciando queſti complimenti vengo alla ſeconda lettera, e quanto al canocchiale procuratomi dal Sermo Gran Duca, non dirò altro, ma mi rimetterò alla cortesìa, e gentilezza di un tanto principe, il quale eſſendo diſcretiſſimo, non potrà errare o mandandomelo, o ritenendoſelo. Reſta ora, che tirato dalla forza del ſuo potente impegno entri anch' io in mezzo alle acque, dove ella mi dice ritrovarſi giorno, e notte, ma tuttavia ſi ricordi qual pietoſo maeſtro di porgere il braccio ſalutare al povero Pietro, o per dir meglio Bo-

naventura, ſe, come mal pratico in queſte acque, lo vedeſſe nel profondo delle difficoltà, che portano ſeco queſte acque, naufragare. Prima dunque mi congratulo ſeco, che ella impieghi le diſcipline matematiche in parte, dove non ſolo poſſono delizioſamente paſcolare gl' ingegni ſpeculativi, ma utiliſſimamente ancora eſercitarviſi quelli, che ſolo gradiſcono le pratiche di queſte ſcienze; coſa, che non le può riuſcire ſe non di grandiſſima gloria. Ho ſempre ſentito anch' io queſto prurito di moſtrare al mondo quanto di utilità ſtia naſcoſta ſotto la ſtimata dal volgo ruvida ſcorza delle matematiche, ma il vedermi tolto con la mia crudele infermità il modo di eſercitare l' eſperienza, fedeliſſima, e fruttuoſiſſima compagna delle noſtre ſcienze ſpeculative, mi ha fatto contro mia voglia ſopprimere quaſi affatto queſto mio gran deſiderio. Non poſſo dunque in riſpoſta di quella parte, che mi apporta con maraviglia un diſtintiſſimo ragguaglio del nuovamente ritrovato

vato accidente delle acque, dir altro, che qualche bagattella dependente ſolo dalla mia debole ſpeculazione, e ſe niente vi foſſe degno della ſua intelligenza, il tutto dipenderà dalla dottrina del ſuo prezioſo, e dottiſſimo libro.

Dico adunque, che ſenza dubbio pare maraviglioſo, e totalmente inopinabile queſt' accidente, che con la diverſione di manco acqua, che non fu quella della Brenta, fatta dalla laguna di Venezia, ſia per ſeguire maggior abbaſſamento di acqua in detta laguna, che non fu quello della prima diverſione, e tale è riuſcito a prima fronte a me ancora; ma avendoci poi penſato più attentamente, m' è parſo dovere eſſer così neceſſariamente, e queſto mi perſuado di avere francamente penetrato camminando con la ſaldezza de' ſuoi principi. Ella c' inſegna, che la velocità, e tardità dell' acqua fluente fa, che la medeſima acqua ſi poſſa ſmaltire ora per minore, ora per maggiore ſezione dell' alveo, per il quale eſſa ſcorre,

e perciò c' insegna ancora, che se dall' acqua di un alveo divertiremo due moli d' acqua eguali, ma una veloce, e l' altra tarda, che la veloce [la quale perciò passasse per minor sezione] farà un abbassamento minore, di quello, che farà la tarda [che passa per necessità per maggior sezione]. Bisogna dunque dire, che col divertire la Brenta levorno dalla laguna acqua più veloce di quella, che si leverebbe con la diversione de' fiumi rimanenti, e però, che lo scemar dell' acque debba esser minore di quello, che succederebbe ora divertendo questi fiumi, ancorchè questi tutti insieme facessero quanto la Brenta, ed anco manco sino ad un certo segno. Ma egli è pur vero [conformandosi ciò con l' esperienza] che correndo in un alveo l' acqua più alta vi cammina anco più veloce; adunque quando la Brenta entrava con li detti fiumi nella laguna, formavano in essa un corpo di acqua, che vi scorreva più veloce, che non fa ora quella sola de' detti fiumi,

fiumi ; adunque levando la Brenta , han levato acqua veloce , e levando i detti fiumi , levarono acqua tarda , e però lo ſcemamento dovrà eſſer maggiore , anco che queſta foſſe minore di quella ſino ad un certo ſegno . Queſto che io dico moſtra bene in generale queſta verità , ma per comprendere ancora particolarmente [ſaputaſi la proporzione , che ha l'acqua della Brenta a quella de' detti fiumi , cioè quella , che eſſi mettono , o metterebbono nella laguna nel medeſimo tempo] che proporzione avrebbono i loro abbaſſamenti , ſtimo , che in tutto dipenda da queſta proporzione , che l' acqua , che ſcorre in un alveo in un dato tempo all' acqua , che ſcorreva nell' iſteſſo alveo pure nel dato tempo , divertita una parte di detta acqua , avrà la ſteſſa proporzione , che avrà il quadrato della prima altezza al quadrato della ſeconda , che ſi fa dopo la diverſione . Ho applicato il penſiero alla prova , ed ho trovato , che mi ſerve eccellentemente la propoſizione

quin-

quinta del ſuo libro, poichè dimoſtrando ivi ella, che ſe un fiume ſcarichera una quantità di acqua in un tempo, e poi li ſopravverrà una piena, la quantità dell' acqua, che ſi ſcarica in altrettanto tempo nella piena a quella, che ſi ſcaricava nella prima, mentre il fiume era baſſo, ha la proporzione compoſta delle proporzioni della velocità della piena alla velocità della prima acqua, e dell' altezza della piena all' altezza della prima acqua; faria manifeſto allora, che le acque ſcaricate nell' iſteſſo tempo nell' uno, e l' altro ſtato del fiume fariano come i quadrati dell' altezze, componendoſi allora di due proporzioni dell' altezza all' altezza &c. Ma per provar queſto non ho avuto fortuna d' incontrare ragione, che appieno mi ſoddisfaccia; non reſterò però di dirle quello, che mi è paſſato per la mente, con pregarla a levarmi quelle difficoltà, che io ci ho dentro, e con favorirmi della dimoſtrazione di queſta verità, la quale parmi, che vada accom-

accompagnata con l' altra ſuddetta, cioè che in un fiume, che creſca di altezza per acque, che vi entrino, o che ſcemi per acque divertite, l' incremento, o decremento dell' altezza cammini con pari proporzione con quello della velocità. Io diſcorro così. Sia nella preſente figura



la ſezione del fiume *a c f k*, nel quale cammini l' acqua per la ſezione *d f*, alta come *d e* con una tal velocità. Intendaſi poi meſſa tant' acqua nell' iſteſſo fiume, che creſca ſino in *c h* correndo nel fiume con l' altezza *c h* doppia di *d e*, dico, che l' acqua vi camminerà con doppia velocità. E per conchiudere queſto, intendo tutta l' acqua, che ſcorre per *c f* diviſa ne' due pezzi *c g*, *d f* mediante

la

la ſuperficie ſuperiore dell' acqua *d f*, che paſſa per *d g*, e conſidero, che l' acqua *c g* come portata dall' acqua *d f* deve fare nell' iſteſſo tempo lo ſpazio, che fa la *d f*, e di più intendendoſi ſcorrer l' acqua *c g* ſopra la ſuperficie, che paſſa per *d g*, come ſopra ſuo letto nella guiſa, che *d f* ſcorre ſopra il fondo, deve l' acqua *c g* aver forza di trapaſſare altrettanto ſpazio, quanto ne paſſa la *d f*, adunque l' acqua *c g* avrà forza di trapaſſare doppio ſpazio di quello, che paſſa l' acqua *d f* nell' iſteſſo tempo, onde ſarà doppiamente veloce (a). Così proveremo l' acqua *b b* ſopraggiunta nell' altezza *b c* eguale alle *c d*, *d e*, eſſer tripla nella velocità a quella di *d f*, e così di mano in mano. E finalmente avendo dimoſtrato queſto, lo provo poi generalmente

(a) Preſcindendo dalla declività, non ſuſſiſte, che l' acqua *c g* ſcorra più veloce dell'acqua *d f*, anzi al contrario l'acqua *d f* ſi move più velocemente dell' acqua *c g*, perchè queſta premendo ſopra *df* vi aggiugne forza, e velocità a ſmaltirſi più ſpeditamente.

mente per tutte le altezze, come ſi fa circa la prima del ſeſto di Euclide, cioè, che la velocità alla velocità è come l' altezza all' altezza &c. Ma quì ci ho principalmente due dubbj, primo, che per queſta mia ragione biſognerebbe, che in un fiume le acque ſuperiori camminaſſero più veloci delle medie, e queſte delle inferiori, il che non sò ſe ben concordi con l' eſperienza; di poi perchè il letto *e f*, e gli altri *d g*, *c h* ſtimo, che non abbiano l' iſteſſa pendenza, ma ſiano ſempre più elevati dell' orizzonte, onde per queſto l' acqua *c g* inteſa ſcorrere ſopra il letto *d g*, dovria ſcorrervi più veloce, che la *d f* ſopra *e f*, oltre ad altre difficoltà, che per brevità tralaſcio, onde la prego a ſciogliermi queſti nodi, ed a favorirmi di più legittima prova. E queſta ſtimerò io aſſaiſſimo, poichè parmi, che avuta la velocità dell' acqua in un fiume poſto in una tale altezza la potremo poi avere per il calcolo nelle altre altezze ancora.

Sup-

Suppoſta dunque queſta verità, e che le acque ſcaricate in un fiume poſto in diverſe altezze, e quelle nell' iſteſſo tempo ſono come i quadrati delle altezze, non mi è difficile intendere per vero, che eſſendo l' acqua della Brenta parti 5., e quella de' detti fiumi parti 4., lo ſcemo di quello ſia un piede, e di queſti due piedi, poichè eſſendo l' aggregato delle acque della Brenta, e de' detti fiumi a quella de' detti fiumi, come 9. a 4., le radici di queſti ſaranno l' altezza, cioè l' aggregato faceva di altezza p. 3., e quella de' fiumi fa p. 2., onde l' alzamento della Brenta ſola era di un piede, e queſto de' fiumi è piedi due, e tanto dovrà ſcemar l' acqua levati detti fiumi. Da queſto credo, che ella parimenti [ſe io capiſco] comprenderà l' altro eſempio, nel quale ſi ſuppone l' acqua del fiume alta p. 10. ſecondo le differenze de' quadrati, cioè delle parti delle altezze da dieci ſino all' unità, detratti i corpi di acqua ſecondo l' iſteſſa proporzione, ſeguono

guono pure gli abbaſſamenti eguali &c. Ma perchè è pieno il foglio, arginando per ora e queſte acque, ed il mio troppo loquace diſcorſo, farò fine pregandola a ſcuſarmi, ſe avrò, come nuovo in queſta materia, detto qualche ſciocchèria, avendo io detto queſto per obbedirla, ſiccome farò ſempre come ſuo ſviſceratiſſimo diſcepolo, alla quale faccio per fine umiliſſima riverenza. Di Bologna alli 11. gennaro 1642.

Di V. P. Rma

Devmo, obblmo ſervit., e diſcepolo

F. Bonaventura Cavalieri.

FASCI-

Digitized by Google

FASCICULUS

LATINORUM CARMINUM

Venantii Fortunati
Petri Damiani
Franciſci Petrarchae
AeneaeSilvii Piccolominei
Angelae Nogarolae
Pandulphi Malateſtae
Roberti Urſii
Iohannis Franciſci Varini
Hannibalis Tuſcii
Franciſci Commendonii
& Iani Pelufii

QUAE EX VARIIS MSS. CODICIBUS

NUNC PRIMUM IN LUCEM PROFERT

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS.

Digitized by Google

IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII

AD PRAECLARISSIMUM ADOLESCENTEM

HIPPOLYTUM PINDEMONTIUM

MARCHIONEM ET EQUITEM HIEROSOLYMITANUM

ATQUE PATRICIUM VERONENSEM

PRAEFATIO.

MEmini etiamnum, PINDEMONTI Eques nobiliſſime, Latinorum illorum carminum, quibus lamentantem inducebas virginis ſe Deo voventis caeſariem, quod ab eius capite reſecta, & longe averſata a Bereniceae illius ſorte, quam poëtae fabulantur, toto caelo abeſſet, quibuſque, utpote elegantiſſimis, reduces nos a Tiburtinis vetuſtatibus, atque deliciis, & curru praetergredientes campos olivis undique conſitos, marmoreum Marci Plautii monumentum, & celebres illas aquas Albulas iucundiſſime detinebas, atque recreabas. Etſi enim hiſce diebus quatuor quidem anni ab eo tempore iam effluxerint, ea tamen adhuc menti meae inſidet tam dulcis, cultaeque poëſeos voluptas, ut pene te Latias illas veneres ſpirantem nunc videar intueri. Quare haud tibi mirum accidet, ſi editurus modo faſciculum hunc carminum Latinorum, quae varii effuderint tempore, & ingenio poëtae, ea tecum potiſſimum communicanda cenſuerim, ratus, neminem vel eorum naturam, vel de litterarum fato certam ab eis emanantem coniecturam te melius

eſſe aſſequuturum. Voluiſſem quidem auſpicari ab aurea illa aetate, qua Catullus tuus, & ceteri eidem ſuppares tanta cum dignitate Latinas Muſas excoluerunt; ſed cui iam licet eſſe tam felici, ut poſt tantorum hominum expiſcationes tam inſigne ſpicilegium ſibi nunc obventurum auguretur? Praeclare, quapropter nobiſcum actum exiſtimamus, ſi nobis ſeris nepotibus contingat lacinias quaſdam ſequioris aetatis, quae aliorum oculos effugerint, offendere, tum eas primum in hominum conſpectum adducere. Habe ergo tibi aeneae aetatis, ſive ſaeculi VI. ad exitum labentis verſus adhuc anecdotos quos in codice bibliothecae Mediceo-Laurentianae (a) *contentos nobis cl. Bandinius comiter communicavit. Pertinent hi ſiquidem ad Venantium Honorium Clementianum Fortunatum Italum, presbyterum, & in Gallia Epiſcopum Pictavienſem, qui hos ſcripſit in laudem s. Martialis Apoſtoli Chriſti, & Lemovicae urbis primi Epiſcopi; atque eiuſdem vitae commentario ſubiiciuntur. Hi ſunt numero XVII., atque aetatis ad barbariem declinantis ingenium redolent. Deſiderantur verſus iſti inter cetera ipſius Fortunati carmina, quae omnium poſtremus Paſchalis Amatius popularis meus eruditiſſimus in Piſaurenſi omnium poëmatum collectione evulgavit* (b), *quibuſque etiam recte accenſuiſſet hymnum in laudem chriſmatis, qui incipit:*

O Redemptor, ſume carmen
Te met concinentium,

quem-

(a) Cod. III. plut. XX. Vid. *Catal. codd. mſs. Latin.* tom. I. col. 608.

(b) Tom. VI. a p. 171. ad 248. Piſauri 1766.

quemque eidem tribuit codex ms. membranaceus in 4., continens lectionarium ad uſum eccleſiae Veſontionenſis (a), *qui olim in tabulario eccleſiae Veliternae, exſtat vero nunc in bibliotheca cl. Praeſulis Stephani Borgiae, cuius praeclaras ingenii dotes tute ipſe praeſens agnoviſti; quemadmodum ibidem recenſendi etiam fuiſſent eiuſdem Fortunati verſus ad Childebertum Regem Sigeberti R. filium, quos cl. Mabillonius* (b) *ex cod. Virdunenſis coenobii s. Vitoni primus edidit. At ab aeneo ſeculo ad ferreum, ſeu etiam luteum, ideſt ad XI. ſaeculum, deſcendere ne graveris, ad quod nimirum ſpectare cenſeo rhythmum quemdam, quem ego iam XII. ab heinc annis exſcripſi ex cod. ms. membranaceo in 4. eiuſdem ſaeculi XI., qui in ſacrario s Fortunati Tuderti* (c) *adſervatur. Quamquam hic codex*

(a) Patet id ex catalogo Archiepiſcoporum eiuſdem eccleſiae, qui praemittitur, quique cum deſinat in Hugone I. litteris maiuſculis ſignato, hicque, teſte Chiffletio, creatus fuerit Archiepiſcopus anno 1031., exaratus codex apparet ſaec. XI. Hic hymnus legitur poſt miſſam in dominica palmarum, & inſcribitur: *Verſus Fortunati in laude chriſmatis*; tum & variantibus nonnullis lectionibus, atque notis muſicalibus ibidem inſtructus eſt. Exſtat in omnibus Pontificalis Romani editionibus; neque tamen ut Fortunati opus adhuc agnoſcebatur.

(b) *Veter. analect.* nov. edit. Pariſ. ann. 1723.

(c) Continet hic codex, qui ſignatur nunc n. 107., ſermones num. CLXXV. Petri Ravennatis, ſive

s. Petri Chryſologi ſermones exhibeat, rhythmus tamen ab ipſo abiudicandus omnino videtur, tum quia haud ab eo umquam concinnatos verſus noverim, tum quia ab ingenio ſaeculi v., circa cuius dimidium Chryſologus vixit, prorſus abeſſe pateat. Quare non admodum ambigimus hunc rhythmum Petro Damiano tribuere, atque id ſane tribus potiſſimum cauſſis ſuffragantibus. Harum prima eſt, forte amanuenſem in ea fuiſſe ſententia, ut Petri Damiani civis Ravennatis rhythmum eumdem habere auctorem cenſuerit, ac habuerant Sermones Petri Ravennatis (*ſic enim in codice inſcribuntur*) *ideſt s. Petri Chryſologi Epiſcopi Ravennatis eccleſiae, ut illum proinde biſce adiungere non dubitaverit. Altera in eo eſt, quod huiuſmodi rhythmi genus Damiano familiare comperiam, eiuſque aetati omnino conveniens. Tertia demum ea eſt, quod in rhythmo memoratum videam Widonem quemdam, ſive Guidonem virum illuſtrem, cuius culpis Deum propitium exorat, quemque haud diverſum arbitror ab eo, qui fuit Comes Forocornelienſis, cuiuſque in binis eiuſ-*

s. Petri Chryſologi, qui deſinunt ad pag. CCV., & ſtatim a tergo rhythmus abſque ulla inſcriptione ſubſequitur. Sermones iſti multis variantibus lectionibus heic ditantur, ac praeſertim ſermo XCVII., qui eſt II. *de zizania*, quique in editione Venetae anni 1750. pag. 150. in fine mutilus eſt, ita in codice ſuppletur: *Et cum ille eum zizania iudicaret inferni, vas electum & triticum in caeleſti Dominus horreo continebat.*

eiuſdem epiſtolis mentio fit; ſiquidem in prima (a) *narretur viſio Raineri presbyteri, qua, ut illorum temporum ferebat ſimplicitas, ſibi exſpectari viſus ſit Guido Comes poſt feriam quartam in eo ſuppliciorum loco, in quo Hildebrandus Comes Tuſciae, & Lotharius Comes alter detinebantur; in altera* (b) *vero piſces deſignentur ſibi ab eo donati, & ex Faventina urbe delati*, ut eorum *ſibi* per plurimos dies edulium non deeſſet. *An vero Guido hic Cornelienſium Comes idem ſit cum Guidone huic ſynchrono, qui in charta Faventinae concordiae* (c) *vocatur* clariſſimus Comes, *ubi &* Ermellina eius ſereniſſima coniux *inſuper habetur, quique alibi* (d) *etiam memoratur, ego quidem in tanta rerum obſcuritate quidquam definire non auſim, licet hoc tamen mihi admodum veroſimile videatur. Sed iam egredi properemus ex lutulenta hac temporum colluvie, a qua animus tuus ad elegantiam plane conformatus iure refugiat. Quare te ſtatim ad ſaeculum XIV. progredi iubeo, quo ſane ineunte, factum eſt, ut, diuturno ſquallore depulſo, in priſtinam litterae dignitatem auſpicato ſurrexerint. Id ipſis feliciter ceſſit, auſpice potiſſimum Franciſco Petrarcha, cuius ingenio, ac arte Latinae Muſae veteres formas, novas vero Italae induerunt.*

(a) Epiſt. VII. lib. IV. pag. 49. edit. Pariſ. ann. 1664.

(b) Epiſt. XIX. lib. VI. pag. 93.

(c) *Rer. Faventinar. ſcriptores*, editore Ioh. Benedicto Mittarellio, inter monumenta Faventina col. 402.

(d) Ibid. col. 404.

Excipe ergo nunc eiuſdem diſtichon de tumulo cuiuſdam Zebothi, quod antiqua manu exaratum exſtat in tegumento Ciceronis librorum de officiis (a) *in bibliotheca Vallicellana, quodque ſane & elegantia, & ſale non caret, ut decet breves huiuſmodi lucubratiunculas. Iam noſti praeter celeberrimum ipſius de Africa poëma, quo ſibi Romanam lauream paravit, haud alia deſiderari concinnata ab eo carmina, epigramma nempe, ſive epitaphium filioli, qui ex filia ſua Franciſca, Mediolanenſi cuidam iuveni deſponſata, ortus fuerat* (b), *carmina in funere Electae matris* (c), *epitaphium aliud pro Manno Appardi filio Donato, militum duce penes Carrarienſes Patavii dominos* (d), *ac etiam carmina in laudem S. Mariae Magdalenae* (e), *& ſi quae alia huiuſmodi, quae haud nunc vacat exquirere, inſuper haberi contingat. At perge nunc quinetiam,* Pindemonti *eruditiſſime, ſubſequentia inviſere ſaecula, & invaleſcentem quodammodo Latinae poëſeos elegantiam intueri. Tu haud ignoras, quae fuerit, ſaeculo xv. ineunte, Aeneae Silvii Piccolominei, mox Pii II. P. M. fama, & in litteris praeſtantia,*

(a) Edit. Ioh. Fuſt Moguntini ann. 1465.

(b) Vid. eiuſdem vitam a Lud. Beccadellio conſcriptam apud Iac. Phil. Thomaſinium *Petrarch. redivi.* p. 228. Patav. 1650.

(c) Ibid. pag. 243.

(d) Vid. epiſtolam Vincentii Borghinii, quae eſt CXIV. par. I. vol. IV. *Prof. Florent.* pag. 122.

(e) Vid. *Epiſt. ſenil.* lib. XIV. tom. II. edit. Baſil. ann. 1591. pag. 945. Vid. tom. III. cod. Latin. biblioth. Laurent. cl. Bandinii col. 292.

tia, qui nimirum fuerit, & audierit orator argutus, vehemens, candidus, poëta itidem non vulgaris, *ut Floridi Sabini verba uſurpem* (a). *Accipe ergo Aeneae Silvii epitaphium in Ciceronem, ut & tetraſtichon eiuſdem in libros* officiorum, *quod ego exſcripſi ex antiqua editione* officiorum *Ciceronis* (b) *in bibliotheca Vallicellana, ubi antiqua manu ſignatum utrumque occurrit, fruſtra vero alibi conquiſitum. Tu vero ſaeculum xv. intenſius colas oportet, quod patriae tuae pepererit tres potiſſimum feminas ex Nogarolio ſanguine cretas, Iſottam, & Iuniperam germanas ſorores, tum iis ſuccedentem Angelam, quae dein Comiti Antonio Archio nupta, quaeque & litterarum ſtudio, & eclogarum ſcriptione percelebris digna habita eſt, quae a Iacobo Philippo Bergomate in libro* de claris mulieribus *recenſeretur, & cui a Leonardo Loſco* (c) *hiſce carminibus plauderetur*:

Quamquam illa fuerit nuper de ſanguine virgo,
Angela, non illis animo, vel carmine diſpar.

Verum exſtat apud te magni Maffeii, civis, & gentilis tui opus rerum Veronenſium (d), *ex quo tibi illuſtrium virorum, & matronarum Nogaroliae gentis opera, & laudes pro libitu haurire liceat. Ceterum video latuiſſe Maffeium, ac Tiraboſchium quin-*

(a) Apud Bonamicium *de pontific. epiſtolar. ſcriptorib.* pag. 162. ſecundae edit. anni 1770.

(b) Apud Iohan. Fuſt Moguntinum anni 1465.

(c) In eclog. ad Iſottam, & Iuniperam Nogarolam num. 36.

(d) *Verona illuſtrata*, ubi de ſcriptoribus Veronen. lib. III. col. 97.

quinetiam, etſi viros maxime eruditos, carminum centonem, quo Angela Nogarolia ablatum ſibi moralium dogmatum Senecae opus a Pandulpho Malateſta expoſtulat, quodque nunc primum ex cod. chartaceo ms. bibliothecae Riccardianae Florentiae exſcriptum (a) *cura cl. Bandinii noſtri nunc primum litterato orbi exhibeo, addita inſuper Pandulphi Malateſtae, quem Sigiſmundi Pandulphi Arimini domini patrem fuiſſe cenſere facile liceat, ad ipſam reſponſione, qua quidem pietati noſtrae in patriam morem quinetiam geſſiſſe videar. Sinas quoque huic ipſi pietati paullo magis indulgere me, cui ſcilicet lubet heic nunc commode ſubdere Roberti Urſii Ariminenſis epigramma, ſive epitaphium pro Baſinio Parmenſe, quod ego ex cod. ms. chartaceo olim ibliothecae Card. Dominici Paſſioneii, nunc Angelicae Auguſtinenſis eduxi, in quo elegiae, & epigrammata quamplura eiuſdem, necdum publici iuris facta* (b), *continentur.*

(a) Codex ſignatus eſt num. XXXII. M. IV., & cento ibid. legitur pag. 159. Vid. *Catalog. biblioth. Riccardian.*, auctore cl. Ioh. Lamio, litt. *A* pag. 29.

(b) Tetraſtichon eiuſdem ad Senecam Camertem editum dumtaxat habes a viro cl. Ioh. Franc. Lancillottio Staphylenſe, inter variorum poëtarum carmina poſt Ludovici Lazzarellii Septempedani *bombycem*, edit. Aeſii an. 1765. pag. 96., qui uſus eſt hoc ipſo codice, licet ipſe membranaceum, forte ex memoriae lapſu, appellet. Alios huiuſmodi codices exſtare novi in bibliotheca Vaticana Romae, in Magliabecchiana Florentiae, tum in ea, quae fuit Apoſtoli Zenii, & Iulii Righii Caeſenatis. Notum eſt eius carmen, editum *de bello Tiphernati.*

tur . Hoc , quod brevitate commendatur , potiſſimum ſelegi , quod ſingula Baſinii Parmenſis , cuius vitam ab Irenaeo Affo philologo , ac biographo elegantiſſimo exſpectamus , opera accurate recenſeat , inter quae non ſolum Sigiſmundi amores erga Iſottam Ariminenſem , iam prelo excuſos (a) *, ſed etiam poëmata* Ἐσπερίδος , Argonauticon (b) , Διοσυμπόσιως (c) , *&* Meleagridos (d) *nondum edita , adumbrata deprehendas . Iam ſaeculi XVI. carmina aliquot afferantur , ex quibus cuiuſque fere ſaeculi ingenium tamquam ſpeciminis ergo innoteſcat . Quare elegantioris , quae tunc obtinuit , poëſeos teſtimonium nunc ferat Ioh. Franciſci Varini , alias Phavorini Camertis hendecaſyllabus in Antonium Caballum , quem ex codice Vaticano* (e) *petitum heic nunc ſiſto . Invectivam ſane truculentam videas , quam ea ferebant tempora , quibus Varini pueritia informari coepit , quem ſane Iohanne Laſcare , & Angelo Politiano praecce-*

(a) Pariſiis typis Simonis Colinaei 1539.

(b) Haec duo habentur in cod. ms. bibliothecae Gambalongae Ariminenſis , & alibi .

(c) Exſtat hoc in bibliotheca Riccardiana Florentiae . Vid. cl. Lamii catalogum litt. *B* pag. 63. , ubi & ipſius Baſinii epigramma Latinum ad Melchiorem Camertinum fortiſſimum militem refert .

(d) Exſtat in cod. ms. biblioth. Mediceo-Laurentianae . Vid. *Catalog. codd. mſs. Latin.* cl. Bandinii tom. II. col. 117. , ubi etiam col. 119. *Aſtronomicon* poëma recenſet . Inter Baſinii opera locum habet etiam epiſtola metrice ſcripta , quae tom. II. *Anecdotorum* pag. 405. , & ſeqq. edita eſt .

(e) Num. 2850. fol. 21.

praeceptoribus uſum fuiſſe ſcimus. Te non latet, ipſum Epiſcopum Nucerinum fuiſſe in Umbria, atque in eius cathedrali eccleſia, quam inviſi anno CIↃIↃCCLXXII., *adhuc conſpicitur eiuſdem tumulus quatuor Graecis inſcriptionibus ornatus; qui nimirum anno* CIↃIↃXXXVII. *vitam cum morte commutaverit. Celebrius eſt, quam quod aliud, ipſius Graecae linguae lexicon, ſummaque illius laus fuit, quod inter ſuos diſcipulos Leonem X. Pont. Max., & litteratorum omnium fautorem eximium numeraverit. Id ipſum evincat quinetiam Hannibalis Tuſcii carmen* de caſu Lydiae ſponſae, *quod ex ſchedula mea, niſi autographa, auctori tamen ſynchrona tibi in primis ſtatuo; quod dum facio, videas me provinciae meae Aemiliae, in qua & Caeſena poëtae ipſius patria, & Sabinianum Ariminenſis dioeceſeos illuſtre oppidum cenſetur, nonnihil merito, libenterque tribuere. Quamquam apud pleroſque Caeſenatenſes ſcriptores, ac praeſertim in* bibliothecae Malateſtianae catalogo, *cui acceſſit catalogus illuſtrium auctorum Caeſenatium* (a), *auctore Ioſepho M. Mucciolio Minorita Conventuali, & erudito plane viro, altum ſit de Tuſcio ſilentium, tamen ſatis noti ſunt nonnulli eiuſdem verſus ſparſim editi in poëticis ſaeculi XVI. collectionibus* (b), *& inter ipſa Maſſoli poëmata* (c); *ut nunc praeteream ipſum laudari*

(a) Tom. I. pag. 110. Caeſenae 1780. typis Gregorii Blaſinii.

(b) Vid. *Stanze di diverſi raccolte da Lodovico Dolce* part. I.

(c) Vid. edit. Florent. anni 1564. in 8.

dari in Maſſoli ipſius carminibus , tum celebrari a Betuſſio in imaginibus (a) , *a Caeſare Briſſio in opere , quod eſt de Caeſenae civitate* (b) , *& a Creſcimbenio in hiſtoria vernaculae poëſeos* (c) ; *at tandem exſtare ad ipſum Claraе Cantariniae inter Matrainios , nobilis feminae Lucenſis epiſtolam* (d) , *tum & ipſius vernaculum epigramma* (e) *eidem inſcriptum , quo poëticas Tuſcii lucubrationes a Dulcio collectas laudibus proſequitur . Lege dein ad eamdem aetatem pertinentes Ioh. Franciſci Commendonii Card. ad fontem in hortis Iulii III. verſiculos , quos ex cod. ms. chartaceo epiſtolarum Cornelii Muſſii Epiſcopi Bituntini , olim bibliothecae Monachorum Silveſtrinorum Sentinatium , ſive Saxoferratenſium , nunc el. Praeſulis Stephani Borgiae nos exſcripſimus . Sed quid de Commendonio opus eſt plura dicere , cuius geſta late proſecutus eſt Antonius M. Gratianius Epiſcopus Amerinus* (f) , *& cuius ceteras quinetiam pro ipſo Iulii III. ſuburbano elucubratio-*

nes

(a) Pag. 43.

(b) *Relazione della città di Ceſena* , Ferrariae 1598.

(c) Volum. IV. lib. II. pag. 105. , & 106.

(d) Exſtat in lib. IV. epiſtolarum diverſorum , vernaculo ſermone , collectarum a Bernardino Pinio pag. 57. Epiſtola data eſt anno 1562.

(e) Vulgo *ſonetto* . Vide Creſcimbenium *Iſtoria della volgar poesìa* vol. IV. lib. II. pag. 402. not. 196.

(f) In *vita Card. Iob. Franciſci Commendonii* . Patavii 1685. Vid. cap. VIII. pag. 33.

nes pluribus designaturi sumus in historia, quam de laudatorum hortorum loco, cultu, & aedibus conscribendam aggredimur? Tandem liceat oculis tuis subiicere Iani Pelusii Crotoniatae lusum, quem in schedis meis, forte auctoris manu exaratis, habeo. Lusuum libros IV. ipsum iam edidisse, tibi pro tua eruditione compertum erit (a); *quemadmodum typis editam habemus epistolam eiusdem facetissimam* de dubiis *adversus Iohan. Pontium Parmensem, eiusque elegiam quamdam in Pelusium ipsum, quam auctor Ranutio I. Parmensium Duci, cuius Pelusius institutor fuerat, una cum perdicum munusculo obtulerat* (b); *ut nunc praetercam eiusdem epistolam alteram ad Muretum, quae in* Miscellaneis collegii Romani *prelo excusa cernitur* (c), *ceteraque omnia, quae ibidem insuper referuntur. Quare illud solum addam, Pelusium Romae diem obiisse* IV. *idus februarii anno saeculari* MDC., *ut prodit eius epitaphium in laterali vestibulo templi s. Eustachii, cui superne cernitur poëtae vita functi marmorea*

(a) Neapoli apud Ioh. de Boy 1567. in 8. Vid. Nicolaum Toppium in biblioth. Neapol. part. I. pag. 112.

(b) Placentiae typis Iohannis Bazachii, & Anthei Contis 1582. in 16. Vid. Ioh. Cinellii *biblioteca volante scanz.* VII. pag. 69. prioris edit. Huius epistolae haud meminit Toppius.

(c) Vol. II. pag. 520. num. LXXXII., ubi Petrus Lazarus editor adnot. 3. praeter eius opera, quae recensentur in catalogo bibliothecae Barberinae, multa alia enumerat.

morea protome, inferne vero gentis ſuae ſtemma. En tibi tumuli epigraphe, quam ad marmoris fidem exhibeo:

D. O. M

HIC IACTO INVITVS IANVS PELVSIVS VRBS Q
MAGNA CROTO MAGNE GRECIE HABERE DEDIT
DIXI DVM VIXI SEMPER BENE PLVRIMA SCRIPSI
QVE MARCVS CICERO VIRGILIVSQ. PROBANT
NVNC PARVVM HOC SAXVM TIBI SVPPLICAT HOSPES VT ORES
VERBIGENA CHRISTI PRO REQVIETE MEA VIXIT ANNOS
OCTVAGINTA OBIIT QVARTO IDVS FEBRVARII MDC

Sed cur te pluribus immoror arcens te quodammodo ab exoptata laudatorum carminum lectione? Utinam omnia offendere poſſes hoc noſtro officio digna, & tuorum carminum nitori, & elegantiae reſpondentia. Verumtamen perge iam, PINDEMONTI *Eques clariſſime, vel in ipſo flore iuventae (quae tua peculiaris, ac ſumma laus eſt) de litteris benemereri, ſive tragoedias alias admirando* Ulyſſi *tuo* (a) *comites adiiciens, ſive Latinorum, Graecorumque carmina Italis verſibus reddens* (b), *ſive carmina cedro*

(a) *Uliſſe tragedia. In Firenze* 1778.

(b) *Volgarizzamenti dal Latino, e dal Greco. In Verona* 1781.

cedro digna marte tuo pangens, quo maior nomini tuo gloriae cumulus accedat, & poëticae facultati vetusta dignitas restituatur. Macte igitur virtute esto, nos ama, & vale.

Datum Romae idibus iunii anno reparatae salutis CIↃIↃCCLXXXII.

I.

CARMEN
VENANTII FORTUNATI
IN VITAM S. MARTIALIS.

CHriſte, principium, finis; lux eſt, via Chriſtus,
Nomine cuius in almifico ſemperque beato
Martiali reſonant hic veraciſſima geſta.
Quis hominum digne valeat doctiſſimus unquam
Quanti ſit meriti praeclarus Apoſtolus iſte,
Dicere vel proſa, vel pulchri carmine metri?
Quo ſaltem modicis decoretur pagina verbis,
Tullius atque Maro veniant: ſit lingua fa... (a)
Verſibus aut currens, aut pro ſe nulla retexens,
Non tua, ſancte Pater, poterit depromere geſta,
Tellus te Romana, quibus te Gallica tellus
Poſt Petrum recolunt iuniorem parte ſecunda,
Cum Petro recolunt aequalem ſorte priori.
Beniamita tribus te geſſit ſanguine claro,
Urbs te nunc retinet Lemovica corpore ſancto,
Hinc tibi ſit, Rex magne, Deus, laus, gloria, Chriſte,
Chriſte, caput, finiſque cluens, pax, lux, via, Chriſte.

(a) Forte *facunda*.

II.

RHYTHMUS
S. PETRI DAMIANI
IN MORTEM WIDONIS.

AUdiſtis quiddam noviter
Accidiſſe perniciter,
Widonem illuſtriſſimum
Mortis ſolviſſe debitum.
Proprii ſui militis
Circumdatus inſidiis,
Dum hoſtis captum tenuit,
Capite plexus corruit.
Dum equo coepit ruere
Secundo foſſus vulnere,
Ut duo purgent vulnera
Mentis & carnis vitia.
Ne daretur daemonibus
Cruciandus diutius,
Datur ſuorum manibus,
Ut moriatur citius.
Chriſte, qui iam non iudicas,
Nec damnas in perpetuum,
Sit Widoni remedium,
Quod hic tulit ſupplicium.
Proſit ei, piiſſime,
Quod ſtuduit inviſere
Loca perſacratiſſima
Digna tui praeſentia.

Praeſepe tuum cernere
Quid eſt, niſi te credere
Natum ibi de Virgine
Verum lumen de lumine?
Glorioſum inſpicere
Tuum ſepulcrum, Domine,
Quid eſt, ni vere credere
Te ſurrexiſſe ex inde?
Dum mons olivae ſcanditur,
Caelos rediiſſe crederis:
Parce Widoni, Domine,
Tunc cum iudex redieris.
Hic ſemel, atque iterum
Tuum petiit tumulum,
Deliberabat tertio
Indulto ſibi termino.
Hoc in affectu habuit,
Si in effectu non potuit,
Pari repende munere,
Gratis largitor gratiae.
Locum beatae Virginis
Toto orbe clariſſimum
Supplex frequenter adiit,
Excoluit ut potuit.
Apoſtolorum grandia
Saepe quaerens ſuffragia,
Ut ſpero, pluſquam vicies
Romam venit, & quinquies.
Quos adiutores petiit,
Advocatos conſtituit,
Eiſque dum ſuperfuit

Suaque ſe vi contulit.
Dicit de eo aliquis,
Nimium fuit fragilis;
Et ego dico plurimum
Deum eſſe propitium.
Siniſtrum quid de aliquo
Ego dicere nequeo,
Huius ſcripſi itinera,
Quae ſunt in parte dextera.
Si cui placet legere,
Et vult iuſte diſcernere,
Non reſpiciunt tartara,
Sed ad ſanctorum gaudia.
Qui vult ad plenum diſcere
Tanti mali notitiam,
Primum debet cognoſcere
Aubertinam nequitiam.
Hic pertractavit perdere
Duos ſub uno tempore
Seniores quos habuit,
Falſo, ut vere patuit.
Unus, qui non ſuperfuit,
Cum audivit, indoluit
Occubuiſſe ſocium
Natura ſibi proximum.
Patrator tanti ſceleris
Sub umbra falſi militis
Promiſit his aliquando
Manibus, & periurio.
Ut fidem eis congruam,
Si & pacem continuam

Ser-

Servaret omni tempore,
Dum viveret in corpore.
Si firma ſtent haec foedera,
Deus, qui novit omnia,
Ipſe ſcit, ipſe iudicet,
Ut ſibi placet, vindicet.

III.

DISTICHON

FRANCISCI PETRARCHAE

DE TUMULO ZEBOTH

PArve Zeboth, tibi parva damus breve corpus habenti,
Et brevis eſt tumulus, & breve carmen habe.

IV.

AENEAE SILVII PICCOLOMINEI

EPITAPHIUM

IN CICERONEM.

HIC iacet in tumba Romanae gloria linguae
Tullius, infandae quem rapuere manus.
Antonii gladiis cecidiſti, magne ſenator,
Et Caietanus te ſepelivit ager.
Eloquii mira ſuperaſti dote Pelaſgos,
Nec te, dum vixti, iuſtior alter erat.
Ergo licet tumulo tua membra tegantur opaco,
Non tamen ingenium mors tulit atra tuum.

Dum caelum terras reſpexerit, & mare caelum,
Effugient laudes ſaecula nulla tuas.
Vos, qui tranſitis viventes puerique ſeneſque,
Siſtite, & oh, dicite, Marce vale (a).

V.

EIUSDEM

TETRASTICHON

IN LIBROS OFFICIORUM CICERONIS.

HOC Ciceronis opus ſi quis bene novit, & eius
Praeceptis paret, proximus ille Deo eſt.
Cedat huic omnis doctorum turba virorum,
Tullius hic rectam monſtrat ad aſtra viam.

VI.

CENTO

ANGELAE NOGAROLAE VERONENSIS

AD PANDULPHUM MALATESTAM

Pro recuperatione cuiuſdam voluminis, in quo omnia opera moralia Senecae continebantur.

Virgilius. NAte Dea, quae nunc animo ſententia ſurgit?
Angela. Cor quo Caeſareum generoſo ex pectore fugit?

Ovi-

(a) Ms. habet M. *ave*; ſed nos emendavimus, ut metri lex poſcebat.

Ovidius. Qua merui culpa fieri tibi vilis Achille?
Angela. Ut mihi tam fulgens raperes, generoſe, monile?
Virgilius. Uſquam iuſta eſt, & mens ſibi conſcia recti?
Angela. Ut tua iam valeant lacrimis praecordia flecti?
Ovidius. Vince animum, mentemque tuam, qui pectora vincis.
Angela. Iacturamque meam proſpectu conſpice lyncis.
Horatius. Deme ſupercilio nubem pleramque modeſtus.
Angela. Baltheus & parvus mihi non rapiatur honeſtus.
Horatius. Nunc prece, nunc pretio, nec vi, nec morte ſuprema,
Angela. Deprecor ut nobis reddatur fulgida gemma.
Horatius. Non domus, & fundus, non aeris acervus, & auri
Angela. Poſcitur, aut tremula flos lectus ab arbore lauri.
Petrarcha. Poſcimus id avide, nihil eſt mihi pulchrius orbe.
Angela. Et tibi nunc plena praeſtatum copia corbe.
Lucanus. Pars mundi tibi nulla vacat, ſed tota tenetur.
Angela. Tellus proque tuo placito ſermone movetur.

Petrarcha. Quid vetat eſſe prius munus ? tene dulcia verba.
Angela. Nempe repulſa magis, quam mors, credatur acerba.
Ovidius. Da mihi te placidum, dederiſque in carmina vires.
Angela. At cadet ingenium mentis, ſi murmur inires.
Ovidius. Rumpor, & ora mihi pariter cum mente tremeſcunt.
Angela. Hi quotiens noſtra flores non ſede niteſcunt.
Ovidius. Pro ſomno lacrimis oculi funguntur obortis.
(d) Nicol. de Borbon. chron. n.34., Raimo Annal. Neapol. ap. Murator. *Rer. Ital.* to.XXIII. c.223.

(e) Catal. PP. AA. edit. par.I. n.12.

(f) Catal. ibid.

(g) Decret. pro archidiacon. in instr. rog. not. Ioh. Belox. Aqu. 5. sept. 1401. in eod. catal. ms. pag.60.

ivit anno MCCCCII., *unde conceſſionem laicali ſocietati s. Leonardi die* II. *maii ſignavit* (a). *Redierat tamen in patriam die* III. *iulii* (b) *occaſione decimarum beneficiorum, a Romano Pontifice Regi Ladislao in ſubſidium bellorum conceſſorum. Iacobus ſtilo potius hiſtorico, acta illius impoſitionis, & collectionis compilavit, integris bullis, diplomatibus, epiſtolis, decretis, ſuis locis inſertis, ab eo uſque ad annum* MCCCCXIII., *volumen quidem amatoribus patriae, & provinciae memoriarum non iniucundum* (c). *Cetera, quae ſua aetate evenerunt, & quorum pars magna fuit, Aquilae, & alibi dietim ſcribere incepit anno* MCCCCVII., *& uſque ad* MCCCCXIV. *eſt proſequutus. Haec ſunt, quae modo, clariſſime vir, evulgari decernis, exſcripta ad fidem quatuor codicum manuſcriptorum, quae ſervantur inter chartas vetuſtiores familiarum Antonellae, Agnifilae, Maſſoniae, & Cardinalis, paucis inutilibus reiectis. Iacobus vero obiit die* VI. *ianuarii* MCCCCXXXI. (d).

Talia praefari placuit de praeſule hoc, alioquin celebri, cuius vita, & geſta ab aliis ſunt tibi nota.

(a) Bull. epiſc. Iacob. dat. Romae p. m. not. Hildebr. Schem. 2. maii 1402. in eod. catal. edit. par. II. n. 17. col. 959.

(b) Acta capitul. 3. iul. 1402. die lun. in inſtr. rog. not. Hildebr. Scheme Aqu. 10. iul. 1402. ind. X.

(c) Acta exaction. decimar. in codic. chartac. ms. apud hered. dd. de Cirill. Aqu.

(d) Catal. PP. AA. edit. l. c. n. 12., Ughell. *Ital. ſac.* tom. I. in Aquilan. n. 12. in catal. PP. AA. ms. pag. 74., & 88.

Diaria ab ipſo currenti, ſed ſincero calamo exarata adnotationibus non indigent. Facem potius reliquis illorum temporum monumentis praebent, quam poſtulant. Vale, & hoc meae obſervantiae pignus exiguum benigno animo ſuſcipe.

IACO-

IACOBI DONADEI
EPISCOPI AQUILANI
DIARIA
RERUM SUIS TEMPORIBUS
AQUILAE ET ALIBI GESTARUM
NEMPE AB A. D. CIↃCCCCVII. AD CIↃCCCCXIIII.
NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITA.

MCCCCVII.

DIE XII. februarii magnificus dominus Dux Adrie proditorie interfectus eſt in civitate Aprutina per manus Roberti Rutii de eadem civitate, & in domo dicti Roberti, in qua fuerat invitatus, & hoſpitatus, dum iaceret in lecto.

Die XIX. dominus comes Carrarie vicerex in Aprutio receſſit de Aquila, & ivit verſus Teramum propter mortem dicti domini ducis. Et recuperavit Ofidam in Marchia. Et recepit burgum Montorii de menſe aprilis.

Die

Die VIII. madii fuit notum Aquile, quod glorioſus rex noſter Ladislaus habuit Tarentum, plures terras adiacentes, & quod ille contraxerat matrimonium cum illuſtri domina domna Maria de Enguenio principiſſa, cum qua prius habuit guerram. Et tota patria eſt in pace; tamen, ut habui per litteras regias, hec facta ſunt de menſe aprilis preteriti. Et dedi nuncio, qui portavit litteras regias de captura Tarancti, & dicta deſponſatione regine Marie ....

Die XXVI. comes Carrarie vicerex in Aprutio habuit roccam Montorii pro glorioſo domino noſtro rege Ladislao. Et non remanſit extatum aliud comiti Montorii, & fratribus in regno.

Die IV. menſis iunii filius Urſelli de la Poſta duxit uxorem filiam Blaſii Colę de Cucullo de Balneo.

Die XXV. iulii habui a magiſtro Iohanne, quod rex volebat a toto clero Aprutii pro ſuſſidio duc. quinque millia. Per prius ſcripſerat idem, quod recepit obligationem

nem a quodam abbate Angelo de tribus millibus. Iſte inimicus homo abbas Angelus fuit cauſſa omnium malorum; qui portavit litteras regias falſificatas: in aliquibus dicebatur, quod rex volebat quatuor millia, & in aliquibus unam decimam papalem, in aliquibus decem millia. Deus provideat eccleſie ſue ſancte. In his diebus miſimus Sulmone ad conferendum cum epiſcopis Valvenſi, Pennenſi, Theatino, ut deſtinarentur oratores ad regem ad remediandum in predictis, ut melius fieri poterit.

Die prima menſis auguſti venit Loyſius Fatii de Neapolis cum litteris regiis, quibus imponebat pro rege ſubſidium omnibus prelatis, & clericis utriuſque Aprutii quinque millium florenorum auri, ſine licentia Pape, & contra alias litteras prius directas per regem de ſubſidio unius decime.

Eadem die ſcivi, quod rex miſit ad capiendam civitatem Eſculanam, ſine licentia Pape.

Die

Die IX. dicti menſis comes Carrarie vicerex in Aprutio receſſit de Aquila, & iter fecit verſus Marchiam Anconitanam, ad finem non dicebatur.

Eadem die tentaverunt imponere ſubſidium inter clericos pro rege ut petiit, pro rata vero tangente de quinque millibus florenorum in utroque Aprutio.

Die XIV. fui ad Peſculum maiorem dieceſis Aquilane, & ibi reconciliavi eccleſiam s. Marie, & in eadem conſecravi altare, & criſmavi pueros.

Die XV. dum celebrabatur miſſa fuit magna tempeſtas in aëre, cum vento, procella, & tempeſtate, & grandine, & in certis partibus comitatus Aquilae devaſtavit fructus vinearum, & arborum, & in ſequenti nocte fuit magnus terremotus.

Die XVI. venit nuncius ex parte Pape, & domni cardinalis Laudenſis (a), ut ego debeam ire ad curiam ad aſſociandum domnum cardinalem, ad finem ponendum ſchiſmati ſancte matris eccleſie.

Die

(a) In alio ms. *Leodienſis*.

Die VIII. ſeptembris habui litteras regias, quibus dabatur mihi licentia eundi ad Papam.

MCCCCVIII.

Die XXI. ianuarii in feſto glorioſe virginis, & martyris Agnetis, dominus Antonius Gregorii de Donadeis de Rodio iuravit, & deſponſavit dominam Lippam filiam Ugolini Petrutii de Preturo in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.

Item XIV. & tribus diebus ſequentibus intravere Aquilam quatuor doctores noviter conventuati Bononie, & alibi cives Aquilani, & fuerunt recepti Aquile, ut decuit, cum magno honore, quorum nomina ſunt hacc: dominus Iohannes, & dominus Daniel de Bazzano, dominus Nannes de Collebrincono, & magiſter Nicolaus de Porcinario.

Die XVI. martii in civitate Aprutina, alias dicitur Teramo de Aprutio, facta eſt novitas per quoſdam exititios, qui tum erant fideles regis, & intraverunt dictam civi-

civitatem, & interfecerunt ſer Henricum ſer Rutii, qui tirannizabat ibi, & nepotes, & filios eiuſdem, qui interfeceranț, iam eſt annus, illuſtrem virum ducem Adrie.

Die xx. comes de Carraria conduxit magnam ſocietatem armorum, & peditum pro rege Ladislao in Aquila, & in ea fecere monſtram.

Die xxi. fecimus proceſſiones generales, & duobus diebus ſequentibus, quia de menſe ſeptembris uſque adhuc fuit aër diſtemperatus, quando pluvia, quando venti, quando nives, multe inundationes aquarum. Egimus orationes pro rectificatione aëris, pro unitate eccleſie univerſalis, & pro ſtatu regis. Ipſe Dominus pro ſui miſericordia liberet nos, & exaudiat.

Die iii. aprilis dominus comes Carrarie vicegerens receſſit de Aquila cum ſua comitiva equitum, & peditum, &, ut dicebatur, verſus Romam direxit greſſus ſuos.

Die xxiii. in feſto s. Georgii victorioſus rex noſter dominus Ladislaus recepit dominium

minium urbis Rome cum plena poteſtate, & die ſequenti perſonaliter intravit.

Die XXV. per eumdem dominum regem Bonushomo Ionte de Poppleto factus eſt miles in introitu urbis Rome, & comes Celani, & plures alii.

Die I. madii Paulus de Saſſa, & dominus Iacobus de Tornamparte receſſerunt de Aquila, timore capitanei, innocentes, & inculpabiles.

Die XXI. menſis madii receſſerunt ambaſciatores de Aquila euntes ad urbem ad viſitandam regiam maieſtatem regis Ladislai, qui habuit dominium urbis, fuit notabilis ambaſciaria, videlicet capitaneus, & octo cives notabiles, inter quos quatuor doctores, & inter ipſos fuit dominus Antonius de Donadeis, & quilibet ad minus duxit tres equos, & aliqui quatuor, & omnes familiares induti fuerunt de una diviſa ſeu roba; alii ſeptem fuere &c.

Die XXVI. dictum fuit quod Peruſini erexerunt vexillum regis Ladislai, clamantes laudes ſuas, & aſſignaverunt fortellitia.

Di-

Dictum etiam fuit, quod XIX. (a) praeſentis menſis dominus noſter Papa creavit quatuor cardinales, videlicet duos ſuos conſanguineos Venetos, quorum nomina pro nunc ignoro (b). Tertium dominum Iacobum de Utino olim prothonotarium, & quartum quendam Florentinum fratrem predicatorem, & archiepiſcopum (c).

Die XIII. iunii in urbe in palatio palatino Pape rex Ladislaus fecit militem Nicolaum de Gallioffis de Aquila, & XVII. die eiuſdem menſis in eodem loco fecit militem Antonium de Sancto Euſanio.

Die XXIV. rex Ladislaus receſſit de urbe, & ivit verſus Neapolim.

Die II. ſeptembris dominus Nicolaus Caſatinus de Neapoli, & Franciſcus conſanguineus reverendi patris, & domini cardinalis de Neapoli fuerunt hic venientes de curia Romana.

Die

(a) Ex Contelorii elencho lege IX.

(b) Antonius Corarius fratris filius Gregorii XII., & Gabriel Condolmerius, dein ſummus Pontifex, dictus Eugenius IV.

(c) Iohannes Dominici.

Die XXIX. acceſſit dominus Antonius de Donadeis ad civitatem Tuderti in officio defenſoratus gabellarum.

Die VIII. novembris dictum eſt Aquilae, quod dominus Gregorius Papa XII. receſſit de Senis, & tranſivit verſus Ariminum. Deus dirigat eum, ut det pacem eccleſie ſancte.

MCCCCIX.

Die X. martii habui litteras regias, ut irem ad futurum concilium celebrandum per Papam Gregorium XII.

Die eadem habui quod rex Ladislaus exivit Neapoli verſus Romam tendens, & tunc erant ambaſciatores regis Francie cum eo.

Die XIX. madii per nuntium, quem miſi in curiam, habui, quod dominus noſter Papa Gregorius XII. receſſit de Arimino die XIV. preſentis menſis.

Et dictum fuit, quod collegium Piſarum elegit dominum de Fliſco in Papam.

Die XX. tranſivit per hanc civitatem quedam domina Neapolitana, que dice-

batur Cotonia, & ibat ad regem bene ſociata.

Die XIX. iunii veniunt ad me littere regie, ut poſſem comparere per procuratorem in concilio generali.

Eodem die venit erarius regis, & petiit decimam a clero Aquilano.

Die XX. fuit magnus terremotus hora XVI.

Die I. iulii iterum fuit dictum mihi, quod collegium de Piſis privavit Papam Gregorium XII., & Antipapam, qui dicebatur Benedictus, & elegerunt in Papam magiſtrum Petrum de Candia (a) ordinis minorum, & archiepiſcopum Mediolanenſem, & cardinalem. Deus provideat eccleſie ſue ſancte.

Dicta die per nuncium audivi, quod dominus rex noſter Ladislaus debet venire Aquilam dimiſſo exercitu gentium armorum in Tuſcia.

Die XIII. dominus noſter rex Ladislaus tranſivit per civitatem Aquile; non dee-

quitavit;

(a) Dictus eſt Alexander V.

quitavit, ſed tranſivit per portam de la Barete, & exivit per portam de Paganica, & ivit ad villam de Paganica; & hoc quando reverſus eſt de Tuſcia.

Die XVI. dominus Antonius Marſicanus ivit pro me cum pleno mandato ad concilium celebraturum coram domino noſtro Papa in civitate Auſtrie pro rebus ſancti Antonii, ideſt pro unione, & pro reſcripto Ugolini.

Die XX. ſeptembris venit Ortonam dominus noſter Papa Gregorius XII.

Die penultima preſentis menſis fuit auditum Aquile, quod Paulus Urſinus, qui erat ad ſtipendia illuſtris domini regis Ladislai, vertit ſe ad partem contrariam, non ſervando fidem, & fraudem committendo.

Eodem die de mandato dicti domini regis receſſi de Aquila, iter faciens verſus Papam Gregorium.

Eodem die habui per manus vicarii a clero pro expenſis acceſſus ad dictum dominum noſtrum Papam in auro ducatos quadraginta ſeptem.

Die XVII. octobris de licentia domini Pape, & dominorum ambaſciatorum domini noſtri regis Ladislai reverſus ſum Aquile, & ſteteram viginti novem diebus in eundo, & redeundo, & ſtando, & revertendo a domino Papa.

MCCCCX.

Die XIX. ianuarii magiſter Iohannes Petrus ivit Neapolim ad regiam maieſtatem pro parte communitatis Aquile, & accommodavi ſibi duos famulos, & duos equos.

Die XIIX. februarii dictus magiſter Iohannes Petrus reverſus eſt a regia maieſtate cum gratioſa expeditione.

Die XX. magiſter Iohannes Petrus de Donadeis de Rodio iuravit, & deſponſavit dominam Margharitam filiam nobilis viri Philippi Antonii de Cadicchia de Paganica in Chriſti nomine.

Die II. martii magiſter Petrus de Donadeis ivit Reate electus a communi ipſius civitatis ad exercendam artem medicine.

Die

Die x. maii fuit novum in Aquila, quod Antipapa (a) Alexander deceſſerat in civitate Bononie, & cives fecerunt novitatem.

Die xxii. dictum eſt Aquile, quod electus a collegio cardinalium, qui receſſit a Papa Gregorio XII., qui vocari ſe faciebat Alexander, mortuus eſt Bononie de menſe iſto, & collegium predictum, ut dicitur, elegit dominum Baltaſſarem Coſſam, & fecit ſe vocari Iohannem.

Die xxviii. iulii illuſtris dominus noſter rex Ladislaus intravit Aquilam, ſatis pacificus, & benevolus.

Die xxvii. auguſti illuſtris dominus, dominus rex Ladislaus receſſit de Aquila; & ſtetit per 30. dies, & fuit ſociatus cum multis dominis, & gentibus armorum, & ſtetit ipſe cum toto exercitu ſuo in villa de Paganica; & per totum comitatum uſque in ultimum diem preſentis menſis, & poſtea receſſit.

Die .... ſeptembris venit Aquilam comes Carrarie pro parte regis Ladislai.

(a) Id ex partium ſtudio dictum puta.

MCCCCXI.

Die XIX. dum illuſtris dominus noſter rex Ladislaus eſſet cum exercitu ſuo caſtrametatus apud caſtrum Ceperani detentum a ſuis inimicis, & cum eo erant plures comites, & barones: ſtipendiarii lige Antipape irruerunt ſuper eos, & fregerunt campum, & ceperunt comitem Carrarie, & comitem Celani, & plures alios, & dictus dominus rex cum maiori parte exercitus ſui receſſerunt ad terram Sancti Germani.

Die XIIX. iulii fuit portatum in Aquila corpus domini Nicolai de Mozzapede, & ſepultum in eccleſia s. Franciſci.

Dedi domino meo regi per manus domini Iohannis Petri ducatos Venetos auri ducentos pro defenſione regni, & eccleſie.

MCCCCXII.

Die XVII. ianuarii magiſter Iohannes Cole de Donadeis de Rodio duxit uxorem dominam Margharitam filiam Philippi Anto-

Antonii Maſciarelli de Cadicchia de Paganica.

Die XXIX. ſeptembris dominus Antonius de Donadeis ivit ad regiam maieſtatem pro parte communitatis Aquile. Deus ſociet eum.

Die XXIII. octobris Nicolaus Bartholomei de civitate Raparelli (a) preſentavit litteras regias, in quibus mandabatur deberi venerari, & coli pro vero Papa, & Vicario Chriſti Ieſu Papa Iohannes, qui eſt in Roma, & debeamus dimittere Angelum de Corriariis.

MCCCCXIII.

Die I. martii reverſus eſt a rege dominus comes Carrarie vicerex.

Dicto die dominus Antonius de Tornam parte ivit ad urbem pro cauſſis eccleſie.

Die XII. ivit dominus Antonius de Donadeis Neapolim pro factis dieceſis.

Die XXIII. martii dedi ad extalium ſepulturam meam fiendam in eccleſia maiori ante portam cripte, quae eſt ſub altari

(a) In alio ms. *Luparelli*.

maiori, Venture Angeli de s.Maria in Furfona, qui promisit facere suis omnibus expensis, excepta cavatura fovee, videlicet, quod sit cupa quinque pedibus, & murata hinc inde, & intonicata, & cum lignis, ubi ponatur corpus, & lapis magnus pro cooperculo fovee sit laboratus, & politus cum supra immagine, & ab utraque parte ponatur ab una lapis, in quo est draco, ab alia ponatur alius lapis, in quo est pavo; & in longitudine, que deficit a lateribus, & a capite, & pede, ipse debeat ponere, & ego emere lapides. Item ipse debet ponere duos lapides magnos super portam dicte cripte; & in lateribus debet affigere duas imagines lapideas, & sub dictis lapidibus debet ponere imagines Annuntiate, & perficere, ut fieri debet. Et in pede lapidis magni supra sepulturam apponere lapidem, qui est supra prope altare magnum. Et ipse debet habere pro suo labore ducatos auri quinque, & omnes lapides rusticos, calcem, & arenam, & magistrarium, & manualium suis expensis. Et

quod

quod hoc fiat uſque ad paſcham; preſentibus domno Chriſtophoro, & Antonio de Cuccinea.

Die x. iunii in feſto s. Maximi venit nova, quod glorioſus princeps dominus Ladislaus rex noſter illuſtris intravit urbem, & potitus eſt dominium, expulſis adverſariis ſuis. Item habuit Campaniam, & Maritimam, & comitatum Talliacotii; & in fine huius menſis fuit redditus comitatus Talliacotii noſtro regi Ladislao.

Die XIX. iulii recepi novum mandatum a commiſſario regis.

Die XX. miſi litteras ad maieſtatem regiam pro dicta materia. Circa finem menſis auguſti incepit peſtis, & mortalitas in hac civitate Aquila.

MCCCCXIV.

Die XV. aprilis Malateſta de Malateſtis revertens a regia maieſtate cum magna comitiva tranſivit per hanc civitatem.

Die XXVII. maii, qua fuit paſcha pentecoſtes, per Dei gratias portare fecimus reli-

reliquias ſanctiſſimas glorioſiſſimi martyris patroni noſtri s. Maximi levite, & martyris de eccleſia Furconenſi ad eccleſiam Aquilanam, & ſimul, & eodem contextu reliquias beati Raynerii epiſcopi olim dicte eccleſie Furconenſis, ut per eorum merita glorioſa ipſa eccleſia Aquilana, & civitas Aquilana erigatur ad maiorem devotionem, & ad maiorem ſtatum. Reliquie s. Raynerii fuerunt reportate ad eccleſiam s. Maximi de civita Sancti Maximi.

Die II. menſis iunii domnus Petrus Macedonii de Neapoli capitaneus Aquile, & camerarius, & quinque artium civitatis Aquile, ad querelam hominum de Balneo, qui nullum ius habent, nec eorum intereſt, aſportari fecerunt reliquias ſanctorum Maximi, & Maximi, atque Raynerii; & extraxerunt de confeſſione eccleſie Aquilane. Quod Deus deliberabit ignotum eſt: permittat quod eſt iuſtum. Finaliter remanſerunt reliquie s. Maximi levite, & martyris, & reliquie s. Maximi patris s. Maximi.

Die

Die XI. dicti menſis prefatus capitaneus, camerarius Aquile, & abbas s.Iohannis de Collimento, & domnus Iacobus de Furfona cum multis aliis de Balneo perſonaliter accedentes, fecerunt reportari dictas reliquias ſanctorum ad eccleſiam s. Maximi de civita Sancti Maximi. Et ab hora qua diſceſſerunt Balnenſes, fecerunt pulſare campanas s.Marci, & s.Marie de Balneo uſque ad horam veſperarum, non ob reverentiam reliquiarum, ſed ad iactantiam, & quaſi deludendo epiſcopum, & capitulum eccleſie Aquilanenſis, & in eorum contemptum. Et eundo verſus civitam s. Maximi, tranſeundo ante eccleſiam s. Marie de Collemadio fecerunt pulſare campanam magnam ipſius eccleſie, & pulſando fracta eſt ciconia, in qua eſt funis, quo trahitur pulſando. Deſcendendoque cum pallio ſupra dictas reliquias, & cum cereis accenſis, ecce ventus validus, & deiecit ad terram dictum pallium, & cereos extinxit. Devenientes ad dictam eccleſiam s. Maximi, repo-

repoſuerunt predictas reliquias, & adſumpſerunt reliquias s. Maximi, & partem reliquiarum s. Maximi patris dicti s. Maximi, & ſic de reliquiis ſanctorum martyrum Maximi, & Maximi. Et ſic cum iſtis reliquiis reverſi ſunt; & ſtatim in ictu oculi congregati ſunt clerici, & laici civitatis cum epiſcopo proceſſionaliter exivere obviam dictis reliquiis uſque ad dictam eccleſiam de Collemadio, & cum magno gaudio, devotione, & reverentia deportate ſunt ad eccleſiam Aquilanam, & repoſite in ſacro loco ſub altari maiori dicte eccleſie. Ad laudem Dei, & ipſorum ſanctorum, ac ad decus, & defenſionem civitatis Aquile, quam Deus conſervet in ſecula ſeculorum amen. Ego Iacobus epiſcopus Aquilanus hanc recordationem ſcripſi.

Dedi ad bonum computum pro cimiterio in eccleſia, & pro altari ſeu lapide, & fabrica cappelle cimiterii Dominico Angeli de Rodio ducatos Venetos duos cum dimidio; & pro panno picto pro altari, in quo ſunt reliquie s. Maximi tres libras, & ſollos duodecim. Die

Die II. auguſti domnus Antonius de Donadeis ivit ad acceptandum, & principiandum officium aſſeſſorie Pauli de Celano in patrimonio beati Petri.

Die V. fuit ſcitum doloroſum novum de morte glorioſi principis, & invictiſſimi domini noſtri domini Ladislai regis noſtri illuſtris.

Die VIII. magnificus dominus Cola de Celano comes Celani, ac magiſter iuſtitiarius regni Sicilie venit Aquilam ad providendum una cum civibus qualiter debeant ſe gubernari, & dare formam toti provincie Aprutine.

Die IX. domnus Antonius de Sancto Euſanio cum multis armatis fuit in platea ubi dicitur lo macello de Balneo; & volebat invadere, & irruere contra domnum Iacobum de Furfona, qui erat in contrata de Rodio cum magna comitiva. Et gratia Dei, & capitanei, & aliquorum civium, ſedatus fuit rumor, & facta pax inter eos.

Die X. electus fuit ſupradictus comes guber-

gubernator civitatis Aquile, eo quod dicebatur de morte regis.

Eodem die quidam curſor de familia domini Benenſis retulit quod die VI. preſentis menſis dominus Ladislaus rex noſter illuſtris de hac luce migravit.

Die XVII. venit nobilis vir Obiſius de Carraria cum bona comitiva gentium armorum ad ſervitia reginalis maieſtatis.

Eodem die venerunt littere illuſtris domine domine Iohanne regine, & domine huius regni.

Eodem die domnus Antonius de Donadeis reverſus eſt de officio ſuo, quod habebat Narnie cum Paulo de Celano.

Die penultima receſſerunt de Aquila domnus Bonushomo, & domnus de Sancto Euſanio, & iverunt ad dominam reginam Iohannam ſecundam.

Die I. ſeptembris dominus comes Carrarie poſt mortem regis Ladislai intravit Aquilam, & receptus eſt cum gloria a fidelibus regine Iohanne II.

Die XI., qua eſt feſtum ss. Prothi, & Hia-

& Hyacinthi martyrum, fuerunt mihi date de reliquiis glorioſiſſimorum Apoſtolorum Andree, Thome, & Bartholomei.

Dedi pro uno caſſecto pro reliquiis ſanctorum ducatos Venetos duos.

Die XXII. reverſi ſunt ambaſciatores a domina regina Iohanna.

Die XV. octobris dominus comes Carrarie vicem tenens regis receſſit de Aquila, accedens ad dominam reginam Iohannam II.

Die XVIII. in primis veſperis feſti s. Maximi cum magna ſolemnitate fuerunt repoſite reliquie glorioſi levite, & martyris Maximi, & Maximi patris eiuſdem ſancti, & de reliquiis infraſcriptorum ſanctorum s. Andree Apoſtoli, s. Thome Apoſtoli, s. Bartholomei Apoſtoli, s. Georgii martyris, s. Sebaſtiani martyris, s. Victorini germani, & Severini, s. Martini epiſcopi, & confeſſoris, de cilicio s. Petri confeſſoris, s. Agathe virginis, & martyris, s. Catharine virginis, & martyris, de petra ſepulcri s. Catharine, s. Cecilie virginis, & martyris, de veſtimentis s. Clare.

Et

Et factum eſt per me, preſente toto capitulo eccleſie Aquilane, & omnibus prelatis eccleſiarum civitatis Aquile, & magna copia laicorum. Et fuit rogatus de hac notarius Marinus de Pizzulo, & iudex Antonius de s. Victorino.

Die IX. novembris Antonutius de Camponiſchis cum duobus ſuis fratribus, & forte cum ducentis equitibus, & quadringentis peditibus, venit uſque ad muros civitatis Aquile, credens, quod ſeditio, & rumor ſurgeret in populo Aquilano. Et per gratiam Dei, & Obiſii de Carraria tanta fuit unitas, quod non fuit aliquis, qui loqueretur pro eo. Et ſic cum magno dubio receſſerunt in comitatu Spoleti, & ſpecialiter ad Montem Leonem.

Die XIX. dictus Antonutius de Camponiſchis cum ſocietate ſua, dato aditu per terrigenas, intravit Civitam regalem, quae tenebatur per homines de Amatrice, remanente caſtro in poteſtate dictorum de Amatrice. Quod erit Deus ſcit.

SYLLO-

SYLLOGE
INSCRIPTIONUM VETERUM
ANECDOTARUM.

Digitized by Google

HANNIBALI . ABBATIO . OLIVERIO . IORDANIO
PATRITIO . PISAVRENSI
VIRO . DE . RE . VNIVERSA . ANTIQVARIA
DE . LITTERIS . ET . DE . PATRIA . OPTIME . MERITO
QVEM
MARMORA . PISAVRENSIA
MONVMENTA . ETRVSCA . ET . SAMNITICA
NVMISMATA . GRAECA . VETVSTISSIMA
MONETAE . MEDII . AEVI . PISAVRI . CVSAE
CIMELIA . SACRAE . ANTIQVITATIS
OPPIDA . ET . ECCLESIAE . AGRI . PISAVRENSIS
CIVES . SANCTIMONIA . ET . LITTERIS . INSIGNES
EA . VOLVMINA . SIBI . AB . IPSO . VINDICARVNT
QVAE . AD . EIVS . NOMEN . PER . TOTIDEM . SAECVLA
REMOTISSIMAE . POSTERITATI . COMMENDANDVM
ABVNDE . SVFFICIVNT
QVIQVE . BIBLIOTHECA . ET . MVSEO . INSTRVCTISSIMO
DOMI . COMPARATO
PATRIAE . DECORI . ET . SCIENTIARVM . AMPLIFICATIONI
SVMMA . LIBERALITATE . CONSVLVIT
IOHANNES . CHRISTOPHORVS . AMADVTIVS
EQVITI . ERVDITISSIMO . SVIQVE . STVDIOSISSIMO
OB . INLVSTRIA . IPSIVS . MERITA
ET . AMOREM . IVXTA . CIVES
SYLLOGEM . INSCRIPTIONVM . VETERVM . ANECDOTARVM
LIBENTISSIME . OBFERT

Digitized by Google

INSCRIPTIONES VETERES.

1.

Eugubii in tabula marmorea reperta ad s. Petri in vineto, VIII. ab urbe lapide, menſe auguſto anni 1781.

MARTI . CYPRIO
L. IAVOLENVS . APVLVS . SIGNVM
MARMOREVM . EX . VOTO . POSVIT . ET
AEDEM . VETVSTATE . CONlapſam
REFECIT . ADIECTO . PRONAO . ET . COlumnis

2.

Ibidem in baſe marmorei ſimulacri Martis barbati, & galea, lorica, clypeo, & haſta armati.

L. IAVOLENVS . APVLVS
VOTVM . SOLVIT . L. M

Exſcripſi ego ipſe utramque epigraphem a. d. XIII. kal. octobr. eiuſdem anni.

3.

In oppido Cirignolae in Apulia.

LXXXI
IMP. CAESAR
DIVI . NERVAE . F

NERVA . TRAIANVS
AVG. GERMAN. DACICVS
PONT. MAX. TRIB. POT
XIII. IMP. VI. COS. V
P. P
VIAM . A . BENEVENTO
BRVNDVSIVM
PECVNIA
SVA . FECIT

Communicavit ampliſſimus S. R. E. Card. Franciſcus M. Banditius Archiepiſc. Beneventanus.

4.

Beneventi repertus cippus anno 1779. *ad pontem fluvii Caloris, & in fundamentis relictus.*

*i*MP. CAE*s*
*s*EPTIMIVS . SE*ve*
*r*VS . PERTINAX
*a*RAB. ADIAB. PAR*t*
*br*ITANCVS . MAX*i*
MVS . FELICISS. PON*t*
*m*AX. TRIB. POTEST. X
P. XII. COS. III. P. P. P
*i*MP. CAES. M. AVRE*l*
*a*NTONINVS . AVG. PI . .
X. BRITANNIC. TRIB
*po*T. XIII. COS. III. P. P
*la*BENTEM . VIAM
*firm*ISSIMIS . OPERIB
VS . CEPERVNT . OB

T. SO-

T. SOVE (sic) . MOLIB
A . PECVNIA . MV
NIERVNT

Communicavit idem ampliſſimus Cardinalis.

5.

Podii Mirteti in Sabinis in domo ruſticana.

IMP. CAESARI . M
AVR . . . . . .
PIO . FELICI . AVG
DIVI . MAGNI . . .
ANTONINI . FILIO
DIVI . . . . . .

Exſcripſit octobre anni 1766., & communicavit vir eruditus Aloyſius Riccomannius. Linea ſecunda abraſum videtur inviſum Caracallae nomen.

6.

Romae cippus inventus Tibure, nunc apud heredes Iohan. Baptiſtae Piraneſii caelatoris.

TT. COCCEI. GAA. ET
PATIENS . QVAEST. III
MENSAM . QVADRATAM . IN . TRICHIL
ABACVM . CVM . BASI . HOROLOGIVM
LABRVM . CVM PVLMENTIS . MARMOR
PVTEALE . CRVSTAS . SVPRA . PARIETEM
ITINERIS . MEDI . CVM . TEGVLIS . COLVMEL
LAM . SVB . HOROLOGIO . TIBVRTINA

PROIECTVM . ANTE . PORTICVM . TRVTI
NAM . ET . PONDERA . D. D. S. POSVERVNT
ET . LOCVM . POST . MACERIAM . VLTERIOREM
EMENDVM . VSTRINASQVE . DE . CONSAEPTO
VLTIMO . IN . EVM . LOCVM . TRAICIENDAS . ET
ITER . AD . EVM . LOCVM . IANVAMQVE . BENE
FICIO . ET . LIBERALITATE . T. PATRONI . FACI
ENDA . CVRAVERVNT
IDEMQVE . VLTIMVM . POMORVMQ. ET . FLORVM
VIRIDIVMQVE . OMNIVM . GENERVM
SEMINIBVS . EA . LOCA . QVAE . ET . DECVRI
ONIBVS . SVIS . ADTRIBVERAT . EX . PECV
NIA . PVBLICA . ADORNAVERVNT
SISENNA . TAVRO . SCRIBONIO . LIBONE . COS (*)
IMPENSAE . CAVSAM . TITVLVM . QVI . PERLEGIS . AVDI
ET . IVSTAM . QVAESO . PIETATIS . PERCIPE . CVRAM
QVIS (sic) . VERA . VT . CVPIANT . CONCORDI . VIVE-
RE . MENSES (sic)
HOS . ANIMOS . SPECTENT . ATQ. HAEC . EXEMPLA . SE-
QVANTVR
HAEC . LOCA . DVM . VIVENT . LIBEAT . BENE . CVN-
CTA . TVERI
POST . OBITVMQ. SVVM . TRADANTVM (sic) . DEIN-
DE . FVTVRIS
NE . DESERTA . VACENT . IGNOTIS . DEVIA . BVSTA
SED . TVTA . AETERNO . MANEANT . SI . DICERE . FAS .
EST

Exſcripſi ego ipſe kal. decembris anni 1778.

Romae

(*) An. Chr. 16. Urb. 769.

7.

Romae inſcriptio effoſſa anno 1777. ante Curiam Innocentianam, nunc in Muſeo Vaticano Clementino Piano.

EXEMPLARIA . LITTE
RARVM . RATIONALI
VM . DOMINORVM . NN
SCRIPTARVM . PERTINEN
TES . AD . ADRASTVM
AVGG. NN. LIB. QVIBVS . AEI (sic)
PERMISSVM . SIT . AEDIFI
CARE . LOCO . CANNABAE
A . SOLO . IVRIS . SVI . PECVNIA
SVA . PRAESTATVRVS . SOLARI
VM . SICVT . CETERI
AELIVS . ACHILLES . C. L. PERPETV
VS . FLAVIANVS . EVTYCHVS
EPAPHRODITO . SVO . SALVTEM
TEGVLAS . OMNES . ET . IMPENSA
DE . CASVLIS . ITEM . CANNABIS
ET . AEDIFICIIS . IDONEIS . ADSIGNA
ADRASTO . PROCVRATORI
COLVMNAE . DIVI . MARCI . VT
AD . VOLVPTATEM . SVAM . HOSPI
TIVM . SIBI . EXTRVAT . QVOD . VT
HABEAT . SVI . IVRIS . ET . AD . HS
REDES . TRANSMITTAT
LITTERAE . DATAE . VIII. IDVS
AVG. ROMAE . FALCONE . ET
CLARO . COS

AELIVS . ACHILLES . C. L. PERPETV
VS . FLAVIANVS . EVTYCHVS . AQVI
LIO . FELICI . HADRASTO . AVG. LIB
AD . AEDIFICIVM . QVOD . CVSTODI
AE . CAVSA . COLVMNAE . CENTE
NARIE . PECVNIA . SVA . EXTRVC
TVRVS . EST . TIGNORVM . VEHES
DECEM . QVANTI . FISCO . CONSTI
TERVNT . CVM . PONTEM . NECES
SE . FVIT . CONPINGI . PETIMVS
DARE . IVBEAS . LITTERAE . DATAE
XIIII. KAL. SEPT. ROMAE
FALCONE . ET . CLARO . COS

RATIONALES . SABIO . SVPERSTITI
ET . FABIO . MAGNO . PROCVRA
TOR . COLVMNAE . CENTENARIAE
DIVI . MARCI . EXTRVERE . HABI
TATIONEM . IN . CONTERMINIS
LOCIS . IVSSVS . OPVS . ADGREDIE
TVR . SI . AVCTORITATEM . VES
TRAM . ACCEPERIT . PETIMVS
IGITVR . AREAM . QVAM . DEMO
NSTRAVERIT . ADRASTVS . LIB
D. N. ADSIGNARE . EI . IVBE
ATIS . PRAESTATVRO . SECVNDVM
EXEMPLVM . CAETERORVM . SO
LARIVM . LITTERAE . DATE
VII. IDVS . SEP. ROMAE . RED
DITAE . IIII. IDVS . SEPT. ROMAE
ISDES. COS

Commun. vir erud Aloyſius Gietius. *Ur-*

8.

Urbiſaliae in Piceno cippus effoſſus inter rudera menſe iunii anni 1775.

D. ☿ M
M. CALVIO
CLEMENTI
IIII. VIR. VRB SAL.
M. CALVIVS
SABINVS . PATRONO
BM. ☿ ET
CALVIE (Gc) . IVCVNDISSIMAE
VXORI . KARISSIMAE

Communicavit vir eruditus Aloyſius Riccomannius.

9.

Maceratae in aedibus Comitis Camilli Mareſciſcii cippus inventus Tibure.

L. ROSCIO . M. F. QVI.
AELIANO . MAECIO
CELERI
COS. PROCOS. PROVINC
AFRICAE . PR. TR. PL. QVAEST
AVG. X. VIR. STLITIB. IVDIC
TRIB. MIL. LEG. IX. HISPAN
VEXILLARIOR. EIVSDEM
IN . EXPEDITIONE . GERMANICA
DONATO . AB . IMP. AVG
MILITARIB. DONIS . CORONA

VALLA-

VALLARI . ET . MVRALI . VEXILLIS
ARGENTEIS . II. HASTIS . PVRIS . II
SALIO
C. VECILIVS . C. F. PAL. PROBVS
AMICO . OPTIMO
L. D. S. C

Communicavit ampliſſimus S. R. E. Card. Marius Marefuſcius ὁ μακαρίτης.

10.

Romae ad clivum Cinnae, ſive ad montem Marium in vinea Paulli Gandulphi.

DP M. S
Q. GARGILIO
LYSANDRO
GRAMMATICO
GRAECO

Exſcripſi ego ipſe otio autumnali anni 1774.

11.

Bocchignani in Sabinis prope Farfam apud Leopoldum Guadagnium in cippo reperto in agro Montopoli vico Cavavilla, ubi rudera veteris villae.

L. NONIVS . QVINTILI
ANVS . L. F. SEX. N. C. SOSI
COS. TRIVMPHAL. PRO . NEP
AVGVR. SALIVS . PALAT
VIX. ANN. XXIIII

Communicavit eruditus vir Aloyſius Riccomannius, qui exſcripſit octobre menſe anni 1766.

Romae

12.

Romae in villa Albania extra portam Salariam.

D. M
IVSTVS . IVVENIS
ARMORV . CVSTOS
EQ. S. IMP. N. TVR
NAMMINI . VIXI
AN. XXXV. STIP. XII
CVRANTE . AVFI
DIO . VICTORINO
AMICO . IPSIVS

Exſcripſi ego ipſe otio autumnali anni 1774.

13.

Romae lapis inventus in praedio baſilicae ſancti Paulli extra portam Oſtienſem prope Tiberim menſe ianuario anni 1781, exſtat nunc in clauſtro coenobii.

D. M
PLARENTIVS
GRATVS . VIXIT.
AN. III. MES. V.
D. XVIII. D.
PLARENT. GRAT.
7. CL PR. MIS.
P. P. FEC.

Communicavit vir ſpectatiſſimus Ioſephus Iuſtinus Conſtantius Abbas monaſterii s. Paulli.

Romae

14.

Romae lapis repertus ibidem.

L. CORANIVS
L. F. STE. VALENS
DOMO. GRAVISCIS
MIL. COH. XIII
VRBANAE. 7. PAVLI
milita VIT. ANN. X
. XXX

Communicavit idem ſpectatiſſimus Abbas Conſtantius.

15.

Velitris in Muſeo Borgiano.

STATIVS. VRBICVS. MIL. COH. X
VRBICAE. STATIO. VRBICO. FILIS (ſic)
SVIS. QVI. VIXIT. ANN. X. STATIAE
VRBICAE. QVAE. VIXIT. ANN. VII
FILIIS. DVLCISSIMIS

Communicavit cl. Praeſul Stephanus Borgia, a ſecretis ſacrae congreg. de propaganda fide.

16.

In maſſa Turbini Ducum Salviatorum ad s. Severam; in cippo.

DIS. MAN
EVHELPISTI
TREBONIVS
MELIPTON
PATER

Exſcripſit, & communicavit laudatus Riccomannius.

Romae

17.

Romae in claustro monasterii sancti Paulli extra portam Ostiensem.

L. BAEBIVS . ZOSIMVS . SE
VIVVS . FECIT . SIBI , ET . FILIIS , SVIS
BAEBIO . ZOTICO . ET . BAEBIO . FLAVIANO
ET . STERTINIAE . FELICITATI . CONIVGI , SVAE
ET . LIBERTIS . LIBERTABVS . QVOS . ME . VIVVS . SI
D VE . TESTAMENTO . MANVMISSI . ERVNT M
ITEM . FILIORVM . MEORVM . LIBERTIS . LIBER
TABVS , QVOS . SEVIVI . SIVE . TESTAMENTO
MANVMISERINT . ET . SI . CVI . TESTAMENTO . MEO . CAVI..
*mon*IMENTVM . LIBERTORVM . LIBERTOS , SIVE . EXTE-
RI . NOMI . . . .
CORPVS . SIVE . CINERES . POST . ME . NON . RECI-
PIT . SI . QVIS . ADVER FECERIT
. . . S . ADVERSVS . HANC . SCRIPTVRAM . INFERET . AE-
RARIO . POP . ROM
S-S. L. M. N

18.

Tosiae in Sabinis prope Farfam.

D. M
AVGIAE . FILIAE
DVLCISSIMAE
QVAE . VIXIT . ANN. II. D. XVI
POLLVX . ET
SPEDVSA . PA
RENTES . ET . SIBI

Communicavit laudatus Riccomannius , qui exscripsit octobre mense anni 1771.

Capro-

19.

Caprodoſſi oppido ditionis Neapolitanae, Sabinis contermino.

SATVR . SIBI
ET . DOTICINI
FILIAE . PIAE . ET
MARIONI . FRATRI

Communicavit laudatus Riccomannius.

20.

Romae in villa Albania extra portam Salariam, anaglyphum exprimens Amorem, & Pſychem.

D. M
EVASI
FILIAE
DVLCISSIMAE
EVPREPES
PATER

Exſcripſi ego ipſe otio autumnali anni 1774.

21.

Velitris in Muſeo Borgiano.

Θ. K	*D. M*
ΕΡΜΑΔΙΩΝ	*Hermadion*
ΕΠΙΜΑΧΟC	*Epimachus*
ΥΕΙΩ	*filio*
ΜΝΗΜΗC	*memoriae*
ΧΑΡΙΝ	*cauſſa*

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

Romae

22.

Romae in hortis Marchionum Leprium ad s. Agnetis extra portam Nomentanam; in facie urnae.

AEL. THALLVSE
FILIAE . DVLCIS
SIME . PARENTES

Communicavit vir cl. Proſper Petronius bibliothecae Romanae ſapientiae praefectus.

23.

Romae ibidem; in cippo.

SVATICAE
HIORTENI
FILIAE . SILICIA
EVPHROSYNE
MATER . FECIT
HOC . TV . MIHI
DEBVISTI . FACERE

Cemmunicavit laudatus Petronius.

24.

Maceratae in aedibus nobilis viri Camilli Marefuſcii; lapis advectus Tibure.

C. ENNIVS . COSMVS
VALERIVS . PHILOTERA
M. VALERIVS . COSMVS
FILIVS . SIBI . ET . SVIS

Communicavit ampliſſimus S. R. E. Card. Marius Marefuſcius ὁ μακαρίτης.

25.

Velitris in Muſeo Borgiano.

ΤΗ ΓΑΥΚΥ	*Dulciſſi-*
ΤΑΤΗ ΘΥΓΑ	*mae fili-*
ΤΡΙ ΠΟΥΛΧΡΗ	*ae Pulchrae*
ΟΙ ΓΟΝΕΙC	*Parentes*
M X	*Memoriae cauſſa*

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

26.

Velitris ibidem; in cippo.

D. M
L. PLVTI. CLADI
Patera PARENTI Patera
OPTIMO. F

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

27.

Tarani in Sabinis; in urna iacente in foro.

D. M
L. AVRELIO. TEMIS
THOCLETI. AVRELIA
AVRELIANI. PATRI
BENEMIRENTI (ſic)
FECIT

Communicavit, & exſcripſit octobre menſe anni 1768. vir eruditus Aloyſius Riccomannius.

Romae

28.

Romae apud lapicidam; nunc Velitris in Muſeo Borgiano; in lapide alto palm. 7. $\frac{1}{2}$, lato palm. 4. $\frac{1}{3}$.

ANTALCIDES
AVGVSTORVM
LIBERTVS
AELIAE
CONIVGI
ET SIBI

ITAVT . POST . MORTEM . MEAM . PERTINEAT
HOC . SEPVLCRVM . AD . POSSESSIONEM
FVNDORVM . NAEVIAN. ET . CALPVRNIANI

Exſcripſi ego ipſe.

29.

Romae in ſarcophago cum mulieris ſuperne iacentis imagine anaglyptice ſculpta, reperto in vinea Bernardi Oliverii extra portam Capenam.

D. M. FAENIAE . L. LIB. NICOPOLI
FAENIVS . ALCIMVS . VXORI
PIENTISSIMAE . ET . DE . SE . BENEMERENTI . FECIT

Communicavit Praeſul ſpectatiſſimus Philippus Valentius.

30.

Manliani in eccleſia s. Angeli; in cippo.

SVLPICIAE
PRISCAE
SER. SVLPICIVS
ADMETVS
VXORI

Communicavit vir cl. Petrus Franciſcus Foggi-nius, qui exſcripſit anno 1777.

31.

Romae lapis inventus extra portam Capenam menſe aprili anno 1772.

MINICIAE
FLORAE
C. MINICIVS
POLLVX
CONIVGI
(ſic) SANTISSIM*ae*
BENEM*erenti*
H. S. E

Communicavit ampliſſimus S. R. E. Card. Andreas Iohannettius, Archiep. Bononienſis.

32.

Romae in coenobio s. Franciſci Aſſiſinatis montis Marii Eremitarum B. Petri Gambacurtae Piſani.

SACRVM
QVIETI
CORPORIS
PETRONIAE
GLYCONIDIS
M. VETTIVS
SYNEGDEMVS
CONIVGI
OPTVMAE

Exſcripſi ego ipſe otio autumnali anni 1774.

Romae

33.

Romae in pariete eiuſdem coenobii.

DIS . MANIBVS
ANTHVSAE
HYPPOLYTVS
COIVGI
BENEMERENTI
FECIT

Exſcripſi ego ipſe.

34.

Romae in pariete eiuſdem coenobii.

D. M
TERTIAE . COIV
GI . ET . MODERA
TO . FILIO . Q. VIXIT
ANN. XXVI. M. III
D. VII BENEMB
RENTIBVS . FEC
Q. GRANIVS . ZO
TICVS

Exſcripſi ego ipſe.

35.

Beneventi cippus inventus ad pontem fluvii Caloris anno 1779., nunc in aedibus archiepiſcopalibus.

D. M
C. ENNIO . AGILI . FILIO . DVLCIS
SIMO

QVI . VIX. ANNIS . XIII. MENS
VIII. OCTAVIAE . SI . . . . INE
CONIVGI . CVM . QVA . VI
XIT . ANNIS . VIII. MENS
VIIII. FECIT . ET . SIBI

C. ENNIVS . AGILIS
ET . FVNDANIAE
QVINTAE . CONIV
GI

V. S. FECER

Exſcripſi ego ipſe otio autumnali anni 1779.

36.

Ibidem ; in cippo .

D. M
CEIAE . PELA
GIAE . Q. VIX
ANN. XVIII. M
VIII. D. XXIII
P. RVTILIVS
CRESCENTIANVS
C. B. M. F

Exſcripſi ego ipſe .

37.

Velitris in Muſeo Borgiano ; lapis inventus in agro Veliterno .

DONATVS . CONIVGI . SVAE
QVE . VIXIT . ANNIS . XX. ET . DIES
XVII. IN . CONIVGIO . VIXIT . ANNIS . IIII
ET . DIES . XXV. CONIVGI . BENEMERENTI

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia .

Veli-

38.

Velitris in Muſeo Borgiano; lapis inventus in agro Veliterno.

P. LIB. SVCCESSVS
ET . AVILLIAE . QVINTAE
CONIVGI . SVAE . ET
LIBERTIS . LIBERTABVSQVE . SVIS
POSTERISQVE . EORVM
FECIT
IN . FRO. P. XVI. IN . AGR. P. XVIIS

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia,

39.

Maceratae in aedibus nobilis viri Camilli Mareſuſcii; lapis advectus Tibure.

DIS . MAN
CLODIAE . PRISCAE
P. COMICVS . HERMES
CONIVGI . BENEMERENTI
FECIT . ET . SIBI . ET . SVIS
(ſic) POTERISQVE . EORVM

Communicavit laudatus Card. Mareſuſcius ὁ μακαρίτης.

40.

Romae lapis inventus in vinea Billieria extra portam Maiorem ianuario menſe anni 1775.

D. M
IVNIAE . PRISCAE
FECIT . M. IVNIVS . CASTOR
CONIVGI . B. M
ET . SIBI

Exſcripſit, & commun. laudatus Riccomannius.

41.

Romae lapis inventus ibidem.

D. M
TI. CLAVDIVS
EVPREPES . FEC
SIBI . ET
PINARIAE . FELI
CVLAE . CONIVGI
B. M

Exſcripſit, & communicavit laudatus Riccomannius.

42.

Romae lapis inventus ibidem.

P. MESTRINI . PHILONICI
DECVMANI
MESTRINIAE . P. L. HELENAE
VXORI

Exſcripſit, & communic. laud. Riccomannius.

43.

Romae lapis inventus ibidem.

D. M
L. CORNELI
DIOGENIS
CORNELIA
TERPNE
CONIVGI . B. M

Exſcripſit, & communicavit laudatus Riccomannius.

Veli-

44.

Velitris in Muſeo Borgiano; lapis inventus in agro Veliterno anno 1779.

M. PORCIO . PRISCO
POLLIA . MELIE
VXOR

Exſcripſi ego ipſe otio autumnali eiuſdem anni.

45.

Romae lapis inventus in vinea Billieria extra portam Maiorem ianuario menſe anni 1775.

D. M
CASTERIAE . PASSARI
NAE . LIBERTAE . FIDELISSI
MAE . PATRONVS . FECIT
ET . TETTINO . XENOPHONTI
MARITO . EIVS
IN . FR. P. VII. IN . A. P. VII

Exſcripſit, & communic. laud. Riccomannius.

46.

Romae urna inventa ibidem.

T. CAESERN. PRINCEPS
VENERIA . L
CAESERNIA . IRENE . L

Exſcripſit, & communic. laud. Riccomannius.

47.

Velitris in Muſeo Borgiano.

D. M
FLAVIAE . AMAN
DAE . FECIT . FLAVI

VS . FORTVNATVS
CONLIBERTAE
B. M. VIXIT ANN. LX

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

48.

Vaconis in Sabinis in turri campanaria ad aediculam s. Stephani prope rudera villae antiquae, quae tribuitur Horatio Flacco; litteris optime ſculptis.

L. OCTAVIVS . L. L. HILARS
CLVIA . C. L. EPIDORA
L. OCTAVIVS . L. L. AVCTUS

Exſcripſi ego ipſe IV. kal. novembris anni 1780.

49.

Peruſiae in clauſtro monachorum Caſinenſium s. Petri; lapis Roma advectus.

D. M
A. CORNELIVS
CELER. ET . CORNELIA
EVTYCHIS . CORNELI
AE . SEVERAE . ET . COR
NELIS . QVIETO . ET . ROMA
NO . VERNIS . PAREN
TES . FECERVNT . DVLCIS
SIMIS . ET . PIISSIMIS

Communicavit eruditus vir Franciſcus M. Galaſſius Bonon. monachus Caſin., Prior eccleſiae s. Conſtantii Peruſiae.

Veli-

50.

Velitris in Muſeo Borgiano.

DIS . MANIB
MEMORIAE
TELESPHORI
BENE . MERENTI
FECIT
FLAVIA . MYRTALE
DOMINA

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

51.

Terracinae in paludibus Pontinis effoſſus lapis anno 1779.

A. AEMILI
VS . A. L
STAPHYLVS
AEMILIA. A. L.
SOTERIS
A. AEMILIO
A. AEMILIO
SOTERI
ET . SVIS
IN . FR. P. XIII
IN . AGR. P. XVI

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

Mare-

52.

Mareni in villa Maldachinia, nunc Columnenſi.

C. HERIVS . FELIX . PATRON
HERIAE . HELPINIS
HIC . EST . ILLE . SITVS . HERIVS . FELIX . COAEQVALIB
CVNCTEIS . QVEI . VEIXIT . ANNIS . VIGINTI
QVEI . ME . RELIQVIT . LEIBERIA . HELPINE
ANNORVM . NATAM . XIII. SIBI
VNICE . CARAM . QVAE . ILLIVS . OSSA
RESTITVIT . POST . ANNOS . VIGINTI . ET
MONVMENTVM . NOBIS . AEDIFICAVI (sic) . QVI
LEGIT . DISCAT . ESSE . PIVS

Exſcripſi ego ipſe otio autumnali anni 1776.

53.

Velitris in Muſeo Borgiano.

HAVE . MANLIA
ANTHVSA
BENE . SIT . TIBI . QVI . LEGIS
ET . TIBI . QVI . PRAETERIS
MIHI . QVI . HOC . LOCO . MONVMENT
FECI . ET . MEIS

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

54.

Mareni in villa Maldachinia, nunc Columnenſi; anaglyphum exhibet virginem ſtolatam, infundentem dextera odores accenſo igni ſupra aram; hinc epigraphes:

ΦΛΑΟΥΙΑ — *Flavia*
ΑΦΡΟΔΕΙCΙΑ ΤΡΑΛΛΙΑΝΗ Ε — *Aphrodiſia Tralliane annorum ſeptem.*
ΤΩΝ ΕΠΤΑ

Exſcripſi ego ipſe otio autumnali anni 1776.

Ame-

55.

Ameriae figulina inventa in praedio Comitis Marciani, Guardea dicto, anno 1770.

EX . PR. LARCIAE . SABINAE
L. ERM. FELICIS
DOL. OP

Communicavit Praeſul ſpectatiſſimus Franciſcus M. Paſinius epiſcopus Tudertinus ὁ μακαρίτης.

56.

Velitris in Muſeo Borgiano; in lucerna fictili quadrata, in qua ſuperne crux conſpicitur.



Exſcripſi ego ipſe.

57.

Velitris in ſacello SS. Trinitatis gentis Borgiae patritiae; lapis advectus Roma.

☧ BONOSO BENEMERENTI IN PACE
QVI VIXIT ANNIS II M III D XX
DEP PRID IDVS SEPT POST
CONSS AMANTI ET ALBINI (*) ☧

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

Veli-

(*) Anno Chr. 346.

58.

Velitris ibidem; lapis advectus Roma.

BASSVS . CAMPANVS
AVREL. DYONYSIAE
CONIVGI . CARISSIMAE
BENE . MERENTI
REDEDIT . PR. IDVS
MARTIAS

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

59.

Velitris ibidem; lapis advectus Roma.

FAVSTINVS
EMIT LOCVM
BISOMVM AL
FONE FOSSORE

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia.

60.

Velitris ibidem; lapis advectus Roma.

MARCI . A.
NVS . ENON
PI . TVS.
RE . CE . SI.
CE . LI . TI . BI . PA
TEN . BIS . EES
IN . PA . CE

Communicavit laud. Praeſul Stephanus Borgia. Lege ſic: *Marcianus Neophytus receſſit, caeli tibi patent, vives in pace.*

Romae

61.

Romae olim in monaſterio s. Eraſmi in Caelio monte.

✠ ΥΠΟ ΘΕΩΔΟCIOΥ ΕΛΑΧICΤΟΥ ΠΡΕCΒΥΤΕΡΟΥ ΕΓΡΑΦΗCΑΝΤΑ ΩΝΟΜΑΤΑ ΤΟΝΩΝΙ (ſic) ΑΚΟΝ ΠΡΟΑCTION ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΙ (ſic) ΕΝΔΟΞΟΥ ΕΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟ (ſic) ΕΡΑCΜΟΥ : ΚΟΡΝΙΦΚICΚΑΜΠΙ : CΒΙΛΛΙΚIC (a) ΩΠΙΑΝΟΝ : ΦΟΥΝΔΟC ΑΦΡΙΚΑΝIC. ΚΑΙΗCΤΟ ΠΑΛΟΥΜΒΑΡΙΝ : ΩΝΟΡΑΝΟΝ. ΩΛΕΡΑΝΟΝ. ΠΑΤΑΝΟΝ. ΦΟΥΝΔΟC ΑΝΤΙΚΥIC (b) ΠΟΝΠΙΝΙΑΝΟΝ : ΛΟΝΤΙΑΝΟΝ ΜΙΚΡΟΝ. ΛΟΝΤΙΑΝΟΝ ΜΕΓΑ. ΜΑΡΜΟΡΑΤΟΥΛΑ ΛΑΚΚΟΥΜΕΤΙΑΝΟΝ : ΒΟΥΞΙΤΟΥΛΑ : ΦΟΥΝΔΟC ΠΑΤΡΕΤΙΑΝΟΝ. ΜΟΥΚΙΑΝΟΝ ; ΚΟΥΑΡΤΙΝΙΑΝΟΝ : ΜΑΧΙΜΙΑΝΟΝ : ΚΑCΑΦΕΡΡΑΤΑ : ΦΟΥΝΔΟC ΜΟΥΚΙΑΝΟΝ : ΤΕCCΕΡΑΡΟΡΟΥΜ : ΑΡΙΠΟΥ : ΚΑCΤΕΗC : ΦΟΥΝΔΟC ΓΡΗΦΗC : ΦΟΥΝΔΟC ΚΑΝΚΕΛΑΤΟΥΛΑ : ΦΟΥΝΔΟC ΤΡΟΥΜΑΚΙΑΝΑ,

✠ *In nomine Dñi noſtri I. C. Incipit privilegium Graecum*
& Latinum de S. Heraſmo poſitum in Roma in Coelio monte,
quod fecit Theodoſius minimus presbiter:
De Theodoſio minimo presbiter fuerunt ſcripte iſte nomina: ideſt: in caſali de ſancti & glorioſi martiris Eraſmi Coñifici campi rillicis. opianum. fundus Afri-

Africano & in palumbara . onorañ. oleranon. pantañō . fundum . anticuis . Pompenianon . Longiano miccino . Longianon maiore . Mañulatula . Lacumegiano . Ruxitula . fundum . patriano . muciano quartuniano . Maximiano . ad caſaferrata . fundum muciano . teſſerarum . aripum caſte ad fundum grifis . fundum ad cancellatula . fundum Strumaciana .

Communicavit laudatus Abbas Conſtantius, qui exſcripſit adamuſſim ex veteri regeſto membranaceo Sublacenſis monaſterii ſaeculi XII. pag. 165., ubi hoc monumentum plenius habetur, quam legere occurrat apud Raphaelem Fabrettium *Inſcript.* cap. x. n. 629. pag. 757., & apud Ioſephum Blanchinium in praefatione ad Anaſtaſii *Pontificale* §. 49.

FINIS TOMI QUARTI.

Digitized by Google

In. 460

Digitized by Google



Digitized by Google


Digitized by Google